

planè irridet: Sic enim in prologo Pentateuchi scribit: Et nescio quis sit primus auctor septuaginta cellulas Alexandriae mendacio suo extruxit, quibus divini eadem scriptarent, eum Aristas, ejusdem Ptolemæi interpretis, & multo post tempore Josephus nihil tale reculet, sed in una basilica congregatos contulisse scribant, non prophetasse. Aliud est enim vatem, aliud esse interpretem: ibi spiritus ventura prædicat, hic eruditio, & verborum copia ea, quæ intelligit, transfert. *Ludov. Vives.*

Sibyllinorum.

GERMANUS Augur, Romæ, cum Agrippa Herodis nepote, quod Cajo favere videretur, captus sub Tiberio, cum videret hunc bonum insidentem capiti Agrippæ, regnum ei prædixit: responditque vaticinio eventus. Si quidem post sex menses Tiberius periret, Cæsus in imperio succellit, qui Agrippam regem Judææ fecit. *Jos. 1. 18. c. 8.*

Duum viros sacris sacundis, qui carminum Sibyllæ, & factorum populi Romani, placandaque, & avertenda Deorum ira, antistes erant, quique quoties prodigia nuntiarentur, adiri solebant: à principio binos fuisse accepimus, à Tarquinio Superbo rege emptis à Cumana Sibylla libris fatidicis institutos, B quorum alterum M. Attilium, quod arcana Sibyllæ promulgare, & palam facere ausus fuerat, velut parricidam insutum euleo, projecit in mare. Lapsis deinde temporibus, à Sextio, & Licinio tribunis plebis cautum fuit, ut pro duumviris factorum Decemviri crearentur, quinque patrum, quinque plebis, manifeste hic numerus ad Corn. Terent. Syllam: quo tempore quindecim viri, qui sacris faciendis, supplicationibus, & lecti- sterniis præsent, quique placamenta Deorum, & expiationes edificarent, officiaque cæremouarum exequerentur, librorumque, & carminum Sibyllæ curam agerent, primum creati sunt. Et quamvis decemviris factorum alii superadditi sint, ita ut ad sexaginta excrevisse dicantur, semper tamen quindecim viri dicti, nominatque sunt. *Alex. 1. 3. c. 16.*

Ex decreto Pontificum enunciata Prodigia sapienti procurata fuisse, licet augurum proprium id munus foret. Namque augures auspices; pontifices verò sacris præferre. Cum enim C. Servilius Pontifex maximus L. Cornelium Dolabellam inaugurare vellet, nec se magistratu abdicaret, & propterea comitiis indictis, illum populi iussu coegerit; quia sæda tempestate comitia turbata fuere, religio fuit ex illo pontificibus inaugurandis, inde inaugurare desistere. *Idem 1. 2. c. 8.*

C Auguriorum, Auspiciorum, Prodigiolorum, Oshentiorum.

Ex seqq. Titulis Auguriorum, Prodigiolorum, exempla huc referantur, in quibus Interpretationis ratio habetur.

Somniorum.

JOSEPHUS historicus, Galilææ præfectus somniorum interpretes solers fuit. Testis est ipsemet 1. 3. cap. 14. bell. Jud. Vespasianus in somnis se Imperatorem fore didicerat, cum Nero dentem perdidisset. Nero quoque per quietem viderat currum Jovis in ædes Vespasiani duci. Quæ quidem omnia cum egerent interpretatione, Josephus natione Judæus, ante ab eo captus, stridensque vinculis ridens ait: Nunc quidem me vincies, post annum autem solves, cum fueris Imperator. *Xiphilinus in vita Vespasiani.*

Cum Nabuchodonosor, Chaldæorum rex, terroris plenam visionem in somnis habuisset, expectatque ita totius memor non esset, ut conjectoribus narrare eam posset, volebat ut conjectores non interpretarentur modo somnium, sed illud quoque, quod oblitus esset, in memoriam revocarent: ut sæpe regibus, & magnis principibus mos est, quibus possibilia omnia, quæ velint, esse videntur. Cum in magno conjectorum numero nullus esset, qui tantam efficeret rem posset: solus Daniel, adhuc adolescens, noctu per quietem viderat illud ipsum, quod Nabuchodonosor somniaverat: & præter illud, somnii quoque expositionem collegit. Itaque cum regi, quod dormiens viderat, ex ordine narrasset, confirmavit rex illud ipsum esse, quod somniaverat. Id profecto mirum videri debuit, quod alter somnians vidisset, in somnis alium quoque percipisset. *Fulg. 1. 1. c. 5.*

SIMON ESSÆUS Archelaus Tetrarchæ somnium de imminenti ob tyrannidem exilio exposuit, *Jos. 1. 17. c. 11.*

THEOPHILUS vates somnium Pelopidæ prædicti Sacre cohortis Thebanorum, de humana victoria rectè interpretatus est. Vidit enim per quietem Pelopidas Scedasi filias (quarum sepulchra in Leuctrico campo erant, ubi ille tunc castra

habebat) circum sepulchra lamentantes; & Lacedæmonis dira imprecantes: ipsum autem Scedasum sibi præcipere, ut e- si victoriam de Lacedæmonis expeteret, rusam virginem si- liabus suis immolaret. A somno excitus, cum ab humana vi- sione abhorret, animique esset dubius: equa, nullum ad- huc coitum experta, cò loci, ubi consultabatur, consistit. Quam dum Theocritus fulvo colore rutilantem vidisset, Pelopidam compellavit, adesse victimam, neque aliam virgine- m expectandam. Immolata igitur equa fuit: & mox inito prælio memorabilem illam cladem Leuctricam Lacedæmonis intulit. *Plut. in Pelopida.*

DIVINA COGNITIO, DIVINATIO, DE DEO VERO. PUTA DE DEI UNUS, ATQUE TRINI ESSENTIA, GLORIA.

ABRAHAM apparuit Dominus, eumque ex Hur Chal- dæorum eduxit, & magnificis promissis futura posteritatis erexit, *Genesis 12. & sq. sq.* Filium immolare iussit, sed paulò post vetuit. *Genesis 22.*

JACOB, cum à Bersebee Haran contenderent, Esau fra- trem fugiens, in deserto loco noctu requievit, & faxis pro pulvino usus, in somnis scalam vidit terræ innixam, capite caelum attingentem, per quam Angeli ascendebant, & de- scendebant. Audivit quin etiam Dei vocem, terræ illius possessionem, gentis incrementum, Messiam denique, per quem caelum humano generi aperiretur, ex suo semine nati- turo adventum pollicentis. Itaque expergefactus, faxum quod capiti supposuerat, in cippum erexit, & locum illum Bethel nominavit, inquit: Verè Dominus est in loco isto, & ego nesciebam. Simulque oblitus factus: Quam terribilis est, inquit, locus iste? non est hic aliud nisi domus Dei, & porta cæli. *Genesis 28.* Idem cum viro luctatus, marcescente inde femoris nervo, claudicavit. At ubi in viro Deum agnovit, gloriosus est, dicens: Vidit Domi- num facie ad faciem, & salva facta est anima mea. *Mar. 1. 6. c. 16.*

MOYSES Dominum in flamma rubi apparuisse legitur, at- que ad se accedenti dixisse: Solve calcamentum de pedibus tuis; Locum enim, in quo stas, terra sancta est. Ego sum Deus patris tui; Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob. Expavit ille tanti nominis horrore percussus, nec jam aspiciere G flammam audebat, ad quam ausus fuerat accedere. Sub aliis quoque creaturarum formis latens creator Moyse apparebat, & (ut testatur Scriptura) loquebatur ad eum facie ad faciem, sicuti solet loqui homo ad amicum suum, & tamen ad ipsum Moyse: Si inveni gratiam in conspectu tuo, inquit, ostende mihi faciem tuam, ut sciam te, & inveni gratiam ante oculos tuos, & iterum: Ostende mihi gloriam tuam, Cui respondit Dominus: non poteris videre faciem meam, non enim videbit me homo, & vivet. Post hæc Moyse de monte Sinai descendens, cum ad populum verba faceret, apparuit facie cornuta, ex consortio sermonis Domini. Ea cor- nua quosdam lucis radios fuisse exponunt: & Apostolus glo- riam vultus ejus appellat. Qua luce ita Israelitarum usum per- stringebat, ut nisi velatus aspici non posset. Quidam Moyse secundum essentiam suam quandoque apparuisse, asseverant: ex eo, quod dicitur, Palam & non per anginam, & figuræ Deum videt. Dicitur est autem, non quod Dei essentiam videret, sed quod colloquii usus fuit simplicibus, & aperitis: non per somnum, neque per ambages verborum, aut res, aliud quam ostendunt, significantes: ut tantò cæteris prophetis H prælati videatur, quanto minus obscura oracula meruit acci- pere. *Mar. 1. 6. c. 16.*

ELIAS fugiens Jezabelem, in deserto suo quadam junipero lassus obdormivit, & ab Angelo excitatus, panem deposi- tum, & aquæ guttam propè altare vidit, & de eo comedens iterum obdormivit. Sed denuò excitatus, & comedere iussus, quod multum ei iteris superesset, corpus refecit, atque ejus dapis vi, quadraginta dies, & noctes iter fecit ad divinum montem Horeb; ubi antrum ingressus, divino usui esse allo- quio. Deus enim transibat: eumque ventus primus vehe- mentissimus, etiam montes convellens, anteedebat, dein- de terræ motus, tertio ignis: ignem sequebatur tacita, & exi- lis vox: quam audiens Elias, lava sua faciem sibi ob- velavit, & in antri ostio stetit. Dominus ei præcepit, ut Hæcærem Syria regem, Jehu Israëlitarum Heliæum successorem sibi ungeret. *3. Reg. 19.*

EZECHIEL Propheta vidit super firmamento sedentem in throno,

throno, & cum multa alia, quæ viderat, enarrasset, postea A intulit: Hæc visio similitudinis gloriæ Domini. Quantæ au- tem admirationis, quantæ mysterii sint ea, quæ vident, lege- re postumus, explicare non possumus. Quod si tam stupen- da gloriæ similitudo, qualis quæso ipsa gloria? *Mar. 1. 6. c. 16.*

Ipsè Dominus noster Jesus Christus cotam Petro, & Jaco- bo, & Joanne in monte transfiguratus refulsit, ita ut splen- dorem illius cernentes, futuræ beatitudinis dulcedinem de- gustarent: & Bonum est nos hic esse, dicerent. Nondum plenè gloriæ ejus videbant, sed tantum quoddam gloriæ si- mulacrum: & tamen ubi ipsum sic coruscantem viderunt, ibi cum ipso quamprimum permanere exoptarunt. Moyse, & Heliam circa eum stare conspiciunt: & ecce quos nunquam antè viderant, divino fulgore mentem illuminant, agnos- cunt. Exclamat Petrus: Domine, sis vis, faciamus hic tria tabernacula: tibi unum, Moyse unum, & Helie unum. Cur quartum sibi fieri non petit? Quia sub eodem tabernaculo cum Domino habitare concupivit, ejus aspectum tantæ suavitatis esse pensavit. Sed cur ab eo Moyse, & Heliam se- cludebat? Ut ostenderet sufficere sibi solum Christum. Cæte- rum ut imbecillitatem humanæ naturæ agnoscamus, nubis lucidæ superventu, & de nube divina vocis sono contenti Apostoli in faciem ceciderunt. Majora itaque restabant, quæ nondum sustinere poterant, quibus nunc gloriosi fruuntur. *Mat. 17. Marc. 9. Luc. 9.*

CHRISTUM cum gloriæ suæ sublimitate Stephanus primus Martyr ante vitam finem vidisse creditur. Sic quippe de illo le- gitur: Cum esset plenus Spiritu sancto, intendens in caelum vidit gloriam Dei, & Jesum stantem à dextris Dei: & ait, Ecce video caelos apertos, & filium hominis stantem à dextris vir- tutis Dei: Plenus igitur Spiritu sancto sic oportet, qui vult vi- dere Christi gloriam. Cujus visæ jucunditate captus Stepha- nus, cum lapidaretur, non ut mortem evaderet, sed ut per mortem cum Christo vivere inciperet, oravit, dicens: Domine Jesu, suscipe spiritum meum. *Mar. 1. 6. c. 16.*

PAULUS Apostolus ad tertium usque caelum raptus, utrum in corpore, an extrâ corpus, nescit: non sensibus corporis usus, sed alio quodam sensu longè puriore, divinioreque. *Idem.*

JOANNES in Apocalypsi, se in caelo fuisse testatur, non ta- men cum corpore, sed in spiritu: ibi vidit sedentem in thro- no, voces audivit, sensit tonitrus, lampades conspexit, & qua- tuor animalia Deum laudantia, & viginti quatuor seniores, honorem, officiumque deferentes sedenti in throno. Vidit sanctam civitatem Hierusalem, tanquam sponfam ornatam viro suo. Cujus muri ex lapide preciosio, ipsa aurum mun- dum, templum ejus Deus omnipotens, & agnus: Claritas Dei illuminat illam, & lucerna ejus est agnus. Non intrabit in ea, inquit, aliquid inquinatum, aut abominationem faciens, & mendacium. Vidit fluvium aquæ vivæ procedentem de sede Dei, & agni, de quo in psalmo dicitur: Fluminis impetus lætifi- cat civitatem Dei. Vidit lignum vite reddens fructum, & folia ad sanitatem eorum, qui fervient Deo, & faciem ejus intuebantur, & nomen ejus frontibus inscriptum gerent. Non egebunt, inquit, lumine lucernæ, neque lumine Solis, quoniam Dominus Deus illuminabit illos, & regnabunt in sæcula sæculorum. *Idem.*

BENEDICTUS Abbas, nocte intempesta caelum per fene- stram aspiciens, Deum adorabat. Inquam inquit, quæ nox ipsa ita respiciendū, ut eorum die possit contendere. Mox to- tum mundum conspexit ardè, atque angustè constipatum, pilæ instar. *Mar. 1. 2. c. 4. Ex. 1. 2. Dial. 3. Greg. Institia, Misericordia.*

SAULUS Damasco appropinquans, de caelo fulmine tactus, Jesum, quem persequebatur, vix tandem agnovit, & ope Ananiz resipuit. *Ad. 9.*

CAROLUS MARTELLUS (Crantzio Magnus) petiit ab Ægidio eremita, ut pro se oraret, ut sibi Dominus condonaret delictum quod perpetrasset, sed nemini audeat indicare. Orante au- tem Ægidio, charta in altari reperitur, continens delictum Caroli, idque precibus Ægidii dimissum esse indicans: ac erag adscriptum, Quod omnia peccata penitentis, & juxta Ægi- dii verba concepta oranti condonatur. *Bergemensis 1. 10. Crant. 1. 2. Saxonie. c. 20.*

CHRISTI ÆOANOPOIOT Natiore.

Pastoribus novum Evangelium nati Servatoris Angeli communicantur. *Luc. 2.*

Omnium prodigiorum illud primum, quod natalitio die Jesu Christi in urbe Roma trans Tyberim contigit. Ex fonte enim in quadam privata domo oleum manavit: ut si liquis- ortum eo die ostenderet, qui ad humani generis salutem mi- sericordiz fons, ac lumen erat futurus. *Baron. T. 1. Ann.*

Morte.

Pharisei, & Scribæ Hierosolymis de interficiendo Christo deliberabant. Cayphas summus Pontifex, cæteris hesitantibus, in hæc verba prorupit: Expedi, ut unus homo moriatur pro populo, ne tota gens pereat, quæ vox temerè mista, vatici- nii vim habuit, Christum scilicet pro peccatis totius populi morte afficiendum, ut credentes in eum servarentur. At Cay- phas alio sensu dixit: Christum scilicet medio tollerendum, ne Romani Judæos tanquam defectores bello aggredirentur, & exciderent. *Joannis 11.*

Resurrectione.

CHRISTO resurgente multi Sancti apparuerunt multis *Mat. 27.* Angelus Domini de caelo descendit, & discipulis R apparuit: sed prius mulieribus. *Joan. 20.* Idem post suam resurrectionem indubitata fide videndum se, atque palpaddingum suis discipulis duodecims præbuit.

Imperio.

JESUS CHRISTUS recens natus, à Magis thure, myrrha, & au- ro donatus fuit. Thus divinæ naturæ conveniebat: aurum huma- næ, dum viveret, necessitati, myrrha verò jam vita defuncti se- pulchuræ. Porro, quæ tam evidens significatio fuit in voce un- quam, quàm in puercilli illa acclamatione, Osanna filii David? Notum est carmen per, quod Christus rex pullo insidens asine, à veneranda civitate Hierosolymam veniens exceptus est. *Sabl. 1. c. 9.* Neque verò omitterendum illud, quod à Pon- ticio Pilato manavit: etsi cum id diceret, parum rem visus est intelligere. Nam cum dato militibus Christo, ut crucifige- retur, causam inscripsisset, Jesum Nazarenum regem Judæo- rum, petentemque Judæi, ut titulum mutaret, dicerentque, Quia rex Judæorum regem faciebat: ut sententiam mutaret, a nunquam adduci potuit, Quod scripsi, scripsi, asserens: Deo ita agente, ut etiam ex ore hostili, gloriæ Christianæ magnitu- do testata inveniretur. *Fulg. 1. 1. c. 3.*

Cicero 1. 2. de divin. ubi Sibyllinorum oraculorum censuram instituit: Horum, inquit, interpretes nuper falsa quædam ho- minum fama dicturus in Senatu putabatur: Eum, quem revera regem habebamus, appellandum quoque esse regem, si salvi esse vellemus. Oraculo huic etiam alii auctores attestantur. Hanc occasionem, non superstitionis, sed ambitionis ergo Cæsaris amici arripuerunt, ut Cæsarem regem appellarent, adeo- que de eo rege appellando Iudibus Martiis, nisi ea die à con- juratis cæsus fuisset, in Senatu relationem habituri fuerant, ut *Plut. in Bruto* scribit apud Suet. L. Cotta in libris fatalibus contineri ait, Parthos, non nisi à rege vinci posse, eoque Cæsarem regem appellandum. Cæterum uti oraculum illud Sibylla de Christo nascituro edidit: ita Sibyllinorum interpre- tes tempus jam hujus oraculi adesse præviderunt, Senatumque Rom. hujus rei admonuerunt: amici vero Cæsaris ad ipsummet Cæsarem, qui ut revera rex esset, regem tamen salutarè se, propter insolentiam nominis non patiebatur, tam stultè quam impie transulerunt. Vaticinium enim hoc ad Jesum Chris- tum pertinebat: cui Pilatus Romanorum prædictus in Ju- dæa vel ignorans subscripsit, quando regis appellationem è crucis titulo eradii vetuit: multo verò ante Magis ex Oriente ven- nientes, regem Judæorum natum esse, & Judæis, & Romanis primi omnium gentium Apostoli, annuntiarent.

DIVINATIO DE INTELLIGENTIARUM NATURA, EFFECTIBUS, STUDIIS. Tum BONARUM. ANGELORUM.

Cyprianus sermone 4. de Moralitate, cum Quidam, inquit, de collegis, & consecratis nostris, jam infirmitate defes- sus, & de appropinquante morte sollicitus, commotum sibi precaretur, assistit deprecanti, & jam penè morietum juvenis honore, & majestate venerabilis, statura excellens, & clarus as- pectu, & quem assistentem sibi vix posset humanus aspectus oculis carnalibus intueri, nisi quòd talem videre jam poterat

de seculo recessurus. Atque ille sine quadam animi, & vocis indignatione infremuit, & dixit: Pati clemetis, exire non vultis: quid faciam vobis?

Socrumenus l. 6. c. 29. scribit, Piammonem monachum, cum sacra administrasset, vidisse angelum ad mensam adstantem, & eos, qui ex monachis adfuerant, in librum annotare, absentes vero expungere.

HENRICUS Comes Holstati novissimus, in senecta, quam illi morbus accelerabat. Bordesholm Canonorum regularium cenobium insigne frequentans, audivit rorem de voce (incertum, angelica an humana) quae velut pueri, semiseret vocibus canentium fratrum, & interdum sacerdotis, ministerium ad altare summum in precipuis festiuitatibus agentis. Orat Henricus fratres, pro se intercedant ad Deum, ut ejus vocis mereatur auditus fieri. Fecerat fratres, quod voluit. Ubi diligentius auscultabat, audivit concinentem: & praegaudio se non capiens, locum insigni dono honestavit, permittens villam Leop cum omni jure dicto monasterio. Non sileo, inquit Crantzius, quod in laudem altissimi, commemoracionem promeretur, aetate nostra gestum. Nonnulli fratres ex facris ordinibus, quos fors acceptant, numero sex, venientes jam vesperino officio inchoato, ipsi ex dormitorio lateralem ingressi capellam (unde in subiectum chorum est prospectus) audire in cantico Magnificat vocem velut pueri intercentis: & inter se insipientes dixere. Quid? Pater noster unde adduxit canentem puerum praeter ordinis nostri consuetudinem? Et aspicientes desuper, puerum non viderunt: nec tamen vox ista quieuit. Expleto officio, quidam ex his detulere patri, quid audissent: Ille miratus, singulos examinat, audique consona voce testari, omnes se vocem concinentis inter fratres audisse pueri Glorificant illi Deum certi esse tutelae ejus loci, sancti Vicelini, novissimi Aldenburgensis Ecclesiae Pontificis (qui apud eos corpore quiescit) vocem; qui fratribus, quos primus ille instituerat, & magno diu labore per Holstatiam praedicans, monasterium fundaret, in Faldera, cui nomen reliquit Novomonasterio, Magdeburgum translato praesens adfuit. Nam & ipse in terris vivens in festiuitate Divi Nicolai, cui erat devotissimus, vocem fertur angelicam audivisse, Crantzius libro 10. Saxoniae, capite 36.

MALARUM DEMONUM.

C Antonio Eremita viro sanctissimo, cum alia multa in solitudine, & locis desertis divinitus ostensa tradunt, tum vero quodam die orbem universum retibus, & laqueis coopertum, ipsumque exclamasse. Mi domine, qui effugiet haec? Cui a caelo missa fit vox, Animi demissio. Lud. Vives de Concordia discordia, l. 4. c. 2. Marul. l. 2. c. 4.

B. BENEDICTUM olim sanctissimum Monachorum patrem, ajunt, monasterium quoddam sanctorum virorum visitantem, infinitas demonum vidisse catervas, qui cum sanctis patribus conflantes bona, quae illi parabant, opera perturbare conabantur: Mox mandans in permultis mercibus, multique contractibus frequentes advenientem, unicum dumtaxat demonem, eumque tristem, & otiosum in specula quadam constitutum aspersisse: miratumque Benedictum, quod locum sanctum, & orationi deditum demonibus plenum, locum autem prophatum, & innumeris delictis scatentem, ab uno tantum demone custoditum invenisset, adjurasse demonem, ut sibi causam prodiceret, illumque respondisse: Locum sanctum expugnatione demonum indigere: qui autem sua sponte peccarent, his non esse opus fraude diabolica. Idem.

Penates deos ajunt Aeneam Troja adfectos Laviniæ collocasse: inde ab Africano filio ejus Albam, quam ipse condiderat, translati, pristinum sacrum repetisse: & quia id humana manu factum existimari poterat, relatos Albam, voluntatem suam altero transitu significasse. Quia non nova dicuntur, sed tradita repetuntur, fidem auctores vindicent: & nostrum sit, inclytis literarum monumentis consecrata, perinde, ac vana non refugisse. Valerius Maximus lib. 1. capite 8.

EMILIANI oratoris pater Epithetis narravit, cum aliquando in Italiam navigaret, confendisse navem se, quae merces, & frequentes vectores portabat. Sub vesperum apud Echimadas insulas cecidisse ventos, navemque huc illuc jactantem prope Paxas delatam fuisse: vigilasse autem plurimos, complures adhuc aetna compositasse. Ibi repente exaudiatum ex insula Paxis vocem cuspianam, qui Thamum quandam

clamore ciceret, ut obstupesceret. Thamum Aegyptius erat gubernator, nec eorum quidem, qui in navi erant, multis de nomine notus. Eum bis appellatum tacuisse, tertio paruisse vocantem. Tunc illum contenta voce dixisse: Cum ad Palodes pervenires, profectiois comites expectiv. Tum, qui infonem notaverant, periculum alieno capiti praeparatum in seipso recedisse cernentes consilium revocarent. Sed Thorkill duce navigare coacti regionem tenebrarum horrendam ingressi, tandem ad vastissimum specum pervenire. Intra quam Ugarthicolus, manus, pedesque immensis catenarum molibus oneratus visebatur: ejus ossa pili tam magnitudine, quam rigore corneas aequabant hastas. Quorum unum Thorkillus admittentibus fociis, mento excusum, quo promptior fides suis haberetur operibus, asseravit, statimque tanta fletoris vis ad circumstantes manavit, ut nisi repressis amiculo naribus, respirare nequissent, vixque egressu potiti, ab involantibus undique colubris conspuerunt. Quinque duntaxat Thorkilli comitum, caeteris veneno extinctis, navigium cum ductore confecerunt. Imminet esseri daemones, & in subiectos venenata passim sputa coniciunt: At nauae praetensis cortis virus augent. Cujusdam forte prospicere cupientis caput, perinde ac ferro recisum, cervicidamprem fuit: alteri oculi effossi, tertio manibus ablata. Et caeteris quidem propensiora sibi numina nequequam deprecantibus, Thorkillus universis datum votis aggressus, eique cum precibus libamenta fundens, ad superos reverfus, tandem in Germaniam, Christianis tunc facris iniciatum appulsi, ibique divini cultus rudimenta percipit. Mox sociorum manu, ob inusitatum aeris haustum propemodum consumpta duobus tantum comitibus, in patriam rediit eo habitu, ut non ab amicis quidem agnosceretur. Rex cuncta ex ipso cognoscere cupiens, cum caetera avidis auribus exciperet, Ugarnicoli fedatam exaudire non sustinens, impatientem duorum spirituum inter ipsa recitamenta deposuit. Crinis quoque, quem Thorkillus capiti gigantis evulserat, compluribus exitio fuit. Saxo lib. 8.

DEMERITUS Tarfensis grammaticus, ex insulis Britanniae vicinis multas aserebat esse vastas, & disiectas: quarum dicatas quaedam demonibus, & heroibus esse. Navigasse autem se contemplandi, & visendi gratia accepto ab Imperatore comitatu, in proximam ex desertis, quae paucos incolas, sed feros sanctos, & inviolatos à Britannis omnes habebat. Paulò antè, quam eò pervenisset, procellas in aere ingentes, & prodigia extitisse, & truces coortos ventos, praesertimque delatos fuisse. Postquam exsaviit tempestas, dixisse insularibus, aliquem forte humana majorem defecisse. E enim lucerna, dixisse, accensa nihil habet molesti, extincta multis est gravis: perinde magna animae accensionis placidas, & lenes habent, extinctiones earum, & interitus subinde, ut nunc, auras, & procellas cient, subinde pestifera lue aeternam inficiunt. Unam quidem ibi insulam esse, in qua a sevisari in viculis à Briareo sopitum Saturnum: pro vinculo enim eisolum structum esse. Apud eum multos daemones esse simul, & ministros. Ibidem.

RATHODO duci Frisonum diabolus apparuit in angelum transfiguratus, caput eius diademate aureo cum gemmis, & veste auro intexta, iniquens. Virorum fortissime, quis te ita deduxit, ut à cultura deorum veli recederet? noli hoc facere: sed manè in his, quae didicisti, & venies ad domos auras, quae tibi aeternam in proximo filio daturus. Cras ergo accersit Vullfranum doctorem Christianorum, & ab eo requirit, quanam sit illa mansio aeternae claritatis, quam tibi pollicetur. Quam cum demonstrare nequiverit, utriusque partis militantur legati, & ego ero dux itineris, & demonstrabo illis domum auream, mansionemque pulcherrimam, quam tibi promitto. Evigilans Rathodus narravit cuncta sancto Vullfrano, qui dixit. Praestigias has esse diaboli. Respondit dux se futurum Christianum, si illam pulchram mansionem sibi ostenderet. Mittitur statim quidam Friso ex parte ducis, & quidam diaconus ex parte sancti Vullfrani. Qui cum paululum ab oppido processissent, obvium habuerunt quandam itineris comitem, qui dixit eis: Operate cito; nam monstrabo vobis pulcherrimam mansionem, Rathodo duci praeparatam. Illi pergentes viam latissimam, & loca ignota, viderunt quandam viam divetorum generibus marmorum polito opere decoratam, videruntque à longe domum quasi auream, & pervenerunt ad plateam ante domum auro, & gemmis stritam. Intrantes in domum mirae pulchritudinis, & splendoris, viderunt in ca thronum suspendi magnitudinis. Tunc ductor itineris ait illis: Hæc est mansio praeparata Rathodo duci. Ad hæc diaconus obstupescens ait: Si à Deo facta funt ista, perpetuo maneat: si à diabolo, cito dispareant. Et cum signaret se signo crucis, ductor ille transiit in diabolum, domus vero aetna in lutum. Remansitque diaconus, & Friso in loco palustris, & fenticolo: triduoque immensis itineris conscienties iter, reversi sunt ad oppidum, ducentes mortuum invenit: narraveruntque, quae viderant Sancto Vullfrano, anno 718. Vincentius libro 23. capite 146. ex Ovone presbytero. Siebertus Erpbordensis capite 66.

GORMO, Harald II. Danorum regis F. in extrema senecta, cum probabilibus quorundam argumentis animos immortales esse compertum haberet, quoniam fedes esset post mortem petiturus, cogitare cepit. Nonnulli tamen amulii Thorkilli duci fortissimi propitiandum esse Ugarthilocum, neminem

minemque id Thorkillo aptis exsecuturum. Fuere quoque, qui eundem insidiarum reum, ac regii capitis hostem deterrerent. Thorkillus ultimo se periculo delinam, videns, criminationis auctores, profectiois comites expectiv. Tum, qui infonem notaverant, periculum alieno capiti praeparatum in seipso recedisse cernentes consilium revocarent. Sed Thorkill duce navigare coacti regionem tenebrarum horrendam ingressi, tandem ad vastissimum specum pervenire. Intra quam Ugarthicolus, manus, pedesque immensis catenarum molibus oneratus visebatur: ejus ossa pili tam magnitudine, quam rigore corneas aequabant hastas. Quorum unum Thorkillus admittentibus fociis, mento excusum, quo promptior fides suis haberetur operibus, asseravit, statimque tanta fletoris vis ad circumstantes manavit, ut nisi repressis amiculo naribus, respirare nequissent, vixque egressu potiti, ab involantibus undique colubris conspuerunt. Quinque duntaxat Thorkilli comitum, caeteris veneno extinctis, navigium cum ductore confecerunt. Imminet esseri daemones, & in subiectos venenata passim sputa coniciunt: At nauae praetensis cortis virus augent. Cujusdam forte prospicere cupientis caput, perinde ac ferro recisum, cervicidamprem fuit: alteri oculi effossi, tertio manibus ablata. Et caeteris quidem propensiora sibi numina nequequam deprecantibus, Thorkillus universis datum votis aggressus, eique cum precibus libamenta fundens, ad superos reverfus, tandem in Germaniam, Christianis tunc facris iniciatum appulsi, ibique divini cultus rudimenta percipit. Mox sociorum manu, ob inusitatum aeris haustum propemodum consumpta duobus tantum comitibus, in patriam rediit eo habitu, ut non ab amicis quidem agnosceretur. Rex cuncta ex ipso cognoscere cupiens, cum caetera avidis auribus exciperet, Ugarnicoli fedatam exaudire non sustinens, impatientem duorum spirituum inter ipsa recitamenta deposuit. Crinis quoque, quem Thorkillus capiti gigantis evulserat, compluribus exitio fuit. Saxo lib. 8.

DIVINATIO DE DIVORUM SANCTORUM VOLUNTATE, STUDIIS.

VALENS Imp. Arianus, cum transiret Constantinopolim Joannis Baptistae caput vellet: curtus, cui impostum erat, mox verò loco nunquam potuit. Itaque omittere coactus est opus, quod susceperat. Hoc autem ipsum caput postea facillimè à Theodosio orthodoxo principe perlatum fuit, Fulgus. lib. 1. capite 6.

C. Episcopi B. Dionysii sanum à Dagoberto rege extractum dedicare sexto Kalend. Martii statuerant. Prædixit kalendatum quidam lepra admodum deformis ab aditus impetravit in aede pernoctare: ubi dum vigil in oratione perseveraret, videri perspicue Christum, comitantibus eum Petro, & Paulo unà cum divis martyribus, Dionysio, & Rustico, Eleutherio, per fenestram in basilicam adventare. Ergo candida veste amictus, dedicationis sacrum munus absolvit, deindeque ad lepra contaminatum progressus Christus: Tu, inquit, homo, dicitur pontificibus, cum crastina luce ad hanc aedem se conferent, eam à me consecratam: ejus rei fidem fecit infirmi hominis cura. Nam contacta hominis facie lepra omnem Christum auferens, eam proximo lapidi agglutinavit, quæ ad hunc usque diem per summam admirationem visitur. Quo miraculo attoniti praesules, à dedicatione abstinuerunt. Hæc causa est, quam obrem frequens admodum populus ad Ecclesiam ipsam vi. Kalend. Martii convenit, firmissime credens, id à Christo Deo fuisse perpetratum. Gaguinus l. 3. c. 2. §. 3.

D. Othonis, & Philippi Imperatorum bello, Coloniam visa sunt redire in templum, undecim millia virginum, trium Regum corpora, ab abbata Fuldeni ex Thuringia, quo à Colonia fuerant translata. Manè enim dum nocturni Palmi cantarentur, Abbas, monachique ejus monasterii, egredi templo corpora ipsorum triplo perplexere Regum: quæ haud multo post Cozonis in templo, ubi antea erant, fuerunt inventa. Fulg. l. 1. c. 6.

Conradus quidam Germanus, seclerum penitus Romanus venit. Hildebrandus Pontifex Ioricum loco interula illum induere jubet, quique catenis ligat, literas peccatorum catalogum continentes obsignatas dat, loca sancta totius orbis obire præcipit, si ubi veniam exorat, & peccatorum remissionem consequi possit. Parec ille, & diu, multumque vagatus, ne Hierosolymis quidem praetermissis, in Ungariam tandem venit, & sancti Stephani regis sepulchrum in Albaregali accedit. Cùm à prima hora diei ad nonam usque obsecrationibus incubuisset, ante aram gravi somno correpto, divus

rex apparet; Surgè mox (inquit amice, ne meis quidem meritis, opeve apud tribunal Dei veniam impetrabis. Sed filii mei Emerici monumentum, quod juxta est, adito: qui pra virginitate sua praecipuam apud Deum gratiam promeruit. Ille somno expectatus, exorat divi numen: & opinione celerius vincula, quibus erat obstrictus, undique disrupa concupere. Pugillares recessivo sigillo sponte patuere, in quibus nullum peccatum, ne minima quidem litera inspicere poterat. Ex eo postea huic sacello tantum religionis accessit, ut è remotissimis regionibus homines eò confluerent. Bonif. lib. 1. Dec. 2.

RELIGIONIS VERÆ, FALSÆVE DIVINATIO.

Et veras, & mendaces revelationes hic complectimur, & sibi tantum ratione habita, non ad dicit. Qui his uti volet, religiosa à superstitionis facili separabit negotio. Possunt quoque ex senq. Trullis de Beatitudine, vel damnatione exempla peti, quatenus homines, vel spe, vel metu facili ad quævis credenda.

Item ex Tit. Certaminum Theologicorum. revelationes quædam religionis huc transferri possunt.

IN GENERE.

Præfens se divinum ostendit numen Hierosolymis, ingenti hominum formidine, cum Julianus Imperator Apostata, in Christianæ religionis contemptum, Judæos instaurare dirutum sub Tito templum eorum permisit, demandata ejus cura Antiocheno Philippo. Nam post factos in fundamentis primos lapides, terra, edito ingenti mugitu, vehementer tremuit: crepitumque jam murum à fundamentis, mixta flamma, cum ingenti fibrorum strage revomuit, omnibus, quæ illic erant usque ad ferramenta ipsa consumptis. Quæ res ut opus intermitterent, effecit: proximæque nocte multis cruceis in vestibulis, quæ deleri non poterant, apparere. Fulg. l. 1. c. 6. & Nicipho. r. & Socrumenus.

De Rollo ne duce Normandiz. Vide paulò ante, Somniorum revelatio obscura.

Cùm Amurathes II. Turcarum Imp. in contentione sacerdotum cum religiosis, pro sacerdotibus pronuntiasset, vota, & elemosinas populi ipsis merito, v. regno magis necessarias, deberi: Religiosi supplicarunt, ne hanc sententiam, prius quam paulò diligentius secum hanc rem discuterent, promulgaret. Adiecit rex septem dierum inducias. Interea rex nocte quadam surgens secretiore locum petiit, ac sedens à tabula quadam præcipitatus in cloacam, cum nullum auxilium praesens effer, sanctum aliquid, qui huic necessitati optulareretur, invocavit. Et ecce habitus religiosorum quidam appares: O Amurathes, inquit, ubi illi sunt, quos regno tuo necessarios judicasti, qui huic necessitati non succurrunt? Nunquid illi praerendunt? His dictis regem lecto suo illatum restitrens, evanuit. Manè res acta nocturna revolvens, convocatis omnibus religiosis, quos habere poterat, diligentissimè inquisivit, si forte eum inveniret, qui sibi optulatus esset. Cùm autem talem non inveniret, accessit eum major inter religiosos dicens: Nemineris, si ille, qui nocte tibi opem tulit, hic non apparet. Unus enim communem omnium causam egit, quoniam de nostra salute fuit tractatum. Ex hac illusionem rex in eam venit mentis alienationem, ut filio Mahumete adhuc imperatore regno H. praefecto in Mamiffam urbem, ubi multitudo religiosorum erat, fecisset, religionique operam dederet. Cusp. A. D.

IN SPECIE. QUO AD DEUM, & CHRISTUM.

JOSEPHUS Herodis fugiens tyrannidem, fuit cum Maria Virgine, & puero Jesu benedicto annos septem in Aegypto. Quo temporis spatio deorum simulacra, quos tum gens ista, & omnium errorum mater coluit, sua sponte concidisse dicuntur, obmutueruntque malorum demonum oracula. Quod futurum multo antea prædixerat propheta: Ecce, inquit, levem nubem confendet, & Aegypti simulacra movebuntur in conspectu ejus, tabesceque cor Aegypti in medio ipsius. Sabellicus lib. 1. En. 7.

Gallia ab Attula Unnorum rege miserè propter Arianismum afflicta in urbem Nafateni, vel Valateni, divina ope ab Unnis liberata.

berata, cum Episcopus pro agendis gratis sacra faceret, aquales guttas super aram cecidisse videt, crystallo clariores, quae in unionem unicum redactae sunt. Quem cum in gemmata cruce collocasset, alia mox gemma decidere. Imaginem sanctae crucis praeferebat adorantibus, & agris valetudinem reddebat. Quin & fidelium ex hoc religionem agebat; quia piis clarus, impiis contra obscurus esse videbatur. Atque igitur futuorem Nalatenes idcirco evasissent, quia de individua Trinitate recte senserunt. Bonif. lib. 5. de v. 1. Sigebertus anno 453.

In Chalcedonensi concilio, cum contra Eutychem haresim disputatio esset instituta, placuit Patribus, ut decretum fidei utriusque partis in libellis describeretur, & controversiae iudicium sanctae virgini, & martyri Euphemiae committeretur. Libellos clausos ad pedes eius deponunt: & nocte tota precationibus consumpta, diluculo utriusque partis principes adsunt, & monumenti operculo remoto, orthodoxorum libellum Martyris manibus tenaciter apprehensum conspiciunt: Eutychem vero ad pedes projectum jacere. Nicephorus lib. 15. cap. 5.

Narrat Nicephorus lib. 8. cap. 23. in Nicena Synodo, Chrysanthum, & Musonium Episcopos e vita prius decessisse, quam Nicena fidei subscripsissent. Patres itaque Synodi ad monumenta eorum accessisse, & scriptum manibus tenentes, tanquam ad viventes audientes dixisse: Bonum certamen sancti patres nobiscum certastis, cursum peregistis, fidem servastis. Si igitur ratum esse debet, quod a nobis actum est, quoniam nunc nullo interposito obstaculo, Trinitati splendore illustratis clarior id perspicitur, per opus est vos nobiscum libello subscribere. Haec cum dixissent, libellum ob-signatum ad tumulum deposuisse, noctemque totam insomnem egisse. Et postredie ad locum redeuntes, signa in violata invenisse: & libello resignato, subscriptiones illorum reliquis insertas cognovisse, recentes adhuc, & in hac verba conceptas: Chrysanthus, & Musonius, qui cum patribus omnibus in sancta prima oecumenica Synodo Nicena consensus, quamvis corpore transiit, manu tamen propria nos quoque libello subscripsimus.

Anno xx. Anastasii, Deuterius Episcopus Arianorum Constantinopoli quendam nomine Barbarum baptizans, ausus est impiè contra institutum Domini sic dicere: Baptizatur Barbarus in nomine Patris, per filium, in Spiritu sancto. Ad quae verba statim excecatus est baptismi lavacrum, & Barbarus territus fuit, miraculumque omnibus exposuit. Cedrenus, & Theodorus Lect. 12. Collectaneorum. Nicephorus lib. 26. cap. 35. Paulus Diaconus lib. 15. Sabellicus Enneade 8. 12. dicit eum, qui baptismum administravit, Barbarum vocatum.

ALEXANDER Episcopus Constantinopolitanus, Constantii Augusti temporibus, cum Arium haresiarcham publice argueret, ac proinde orta plurimorum utriusque partis contentione sedari tumultus non posset: Dominum oravit, ne Ecclesiae Catholicae fidem impiis ludibrio esse pateretur. Vix preces finierat, cum Arius dysenteriae morbo laborare cepit. Et dum citam torminibus alvum exonerare vellet, intestinis profluentibus expiravit. Reliquos obmutescere fecit timor, atque illum quem prima Nicena Synodus damnaverat, etiam Dei iudicio damnatum esse omnibus palam fuit. Marullus 2. c. 11.

VALENTINUS quidam, Mediolanensis Ecclesiae Episcopus, Arianorum defensor, cum in Ecclesia B. Martyris Syri sepultus esset, Iustina imperante, noctu ibi exauditus fuit horrendi clamores. Duo custodes excitati, accurrunt, & duos cacodemonios vident Valentini pedibus ligatos, & vociferantem ex templo trahere. Manè cadaver Valentini extra templum in alio loco conditum invenitur. Greg. 4. Dial. c. 53.

In Chronico suo annotat, sub Valentiniano, quendam Arianum in concione B. Ambrosii vidisse Angelum ad aures eius assantem, & ea, quae dicenda essent, suggerere.

Fuit Longobardorum quidam Episcopus Arianus, qui cum ad Spolethanam urbem pervenisset, & locum, ubi sacra perageret, non haberet, coepit ab eius Ecclesiae Episcopo ecclesiam petere, quam suo dedicaret errori: quod dum Episcopus eius locinigaret, Arianus ille D. Pauli sacellum, in vicinia situm, altero die per vim se occupatum professus est. Quod dum illius Ecclesiae custos audivisset, templum clausit, ac feris munivit: factoque vespere extinctis omnibus templis lampadibus se abscondit. In ipso autem subsequente lucis crepusculo, Arianus Episcopus collecta multitudine advenit, clausas Ecclesiae januas effringere paratus, sed repente omnes templi porte sua sponte divinitus cum magno fragore aperiantur, &

desuper effuso lumine omnes prius extinctae lampades accenduntur: Episcopus subito excecatur. Ergo Longobardi, sacris locis Catholicae Ecclesiae in posterum abstulerunt. Greg. Papa Dialog. 1. 3. cap. 29.

Circa autem Constantini Pogonati duodecimum, aut paulo post, ea hora, qua Monochelitarum haresis in Synodo damnabatur, multa araneorum tela de caelo in medium Populum deciderunt: in testimonium, sordes haereticae pravitas depulsa esse. Regino in Chronico.

Hispanis 12. Kal. Aprilis, Francis vero 14. Kalendas Maii Pascha celebrantibus, miraculo comprobata esse Francia Ecclesiae sententiam, Sigebertus scribit. Fontes enim, qui in Sabbato Paschae ad baptizandum sponte divinitus repleri solebant, non Hispanis, sed Francis Pascha celebrantibus, aqua completi sunt. Circa annum Iustini octavam haec facta esse, ex Sigeberto Chronico liquet.

SYNTAXIN, MISSAM.

PLECCIGLI Presbyter poscebat sibi demonstrari, quae fore species latinas sub forma panis, & vini. Dum talia precaretur, Angelus de caelo adveniens cum affatur: Surge, F inquit, prope, si Christum videre placet, adest fratrem corporeo velutis amictu, quem sacra puerpera gessit. Respicens ergo vidit super aram patris filium puerum, cumque ulnis tremuntibus accipit, & deosculatur. Eundem mox restituit in verticem altaris, & prostratus, denuo deprecatur est Deum, ut dignaretur ipse iterum verti in pristinam speciem. Expleta oratione invenit corpus Christi in formam metam esse priorem, uti deprecatus fuerat. Rabanus de Sacramento Eucharistiae, c. 36. Paschalis in lib. de corpore & sanguine Domini, cap. 41.

VIDERINDUM Saxonium ducem quidam Mindz conversum sunt, an 785. Nam scrutandi avidum, lembo per secundum flumen devedum, lacero habitu inter siphem poscentes confedisse. Cumque sacratissimo die Paschae ex more Christiano omnes sacrae communionem de manu sacerdotis susciperent, vidisse Viderindum ad os regis ludibundi speciem pueri, coque contreritum miraculo, Christiana sacra postulare rex susceptos in gratiam iussit baptizari, ipse suis manibus Viderindum honoris gratia suffulsi. Inde Saxonia jam pacata quievit, & semel susceptam fidem nunquam rejecit. Cranzius lib. 2. Saxoniae, cap. 23. & 1. Me-trop. cap. 9.

EDGARUS, Angliae rex, venatum iturus, Dunstanum Cantuariensem Episcopum, ut Missam usque ad suum differret reditum, oraverat. Imminente autem sacra peragendi tempore, Episcopus innixus altari, dum regem praefolatur, obdormit, & in extasi constitutus, audivit Angelos canentes, Kyrie eleison, Kyrie eleison, Kyrie eleison. Ad se reversus, regem nondum rediisse exstantibus cognovit. Iterum igitur inter preces, cum obdormisset, denuo in caelum raptus, haec audit verba: Ite, Missa est. Interim regii satellites accurrunt, domini adventum nuntiantes. At ille missam jam praestam esse, respondit: & ne diem Dominicum posthaec tribueret venationi, severè monuit. Vincentius 12. c. 85.

HENRICUS II. Imp. cum pro more nocturnis horis precandi gratia templum D. Mariae sacrum Romae ingressus fuisset, vidit Christum pontificalibus indutum procedere, Missam celebraturum: quem sequebatur S. Laurentius, & loco subdiaconi Vincentius. Post hos Virgo Dei Genitrix, cum multitudine virginum, & Angelorum: de hinc Joannes Baptista cum Patriarchis, & Prophetis: post hos S. Petrus, & Joannes cum ceteris Apostolis, & Evangelistis. S. Stephanus cum martyribus. S. Martinus cum Confessoribus: Angeli inceperunt introitum, Suscepimus Deus misericordiam: & dum cantaretur, Dextera tua plena est iustitia: omnes Christum, & B. Virginem imitantes, extenderunt digitos in Henricum. Post Evangelium, indicibili jubilo Angelus librum deosculatum à Christo praesentavit B. Mariae, & post eam omnibus per ordinem deosculandum. Demum innuit B. Virgo Angelo, ut portigeret librum etiam Henrico ad osculandum, dicens: Praebeat pacis osculum, cuius mihi virginitas placet, & cum praenimmo gaudio raptus, nesciret ad plenum intendere, Angelus ipsum in nervo tangens, dixit: Hoc tibi erit signum dilectionis Dei, propter tuam castitatem, & iustitiam: & exinde usque ad mortem claudicavit: ex quo eventu vocatus est Henricus Claudus. Naclerus vol. 2. Chronographiae, generatione 24. Porro de Henrico luxata coxa aliam sententiam asserit Cranzius lib. 4. cap. 32. Saxoniae.

Cum

Cum Legati Armeniorum Episcoporum sacro altari, Eugenio Romano Pontifice Missam celebrante Viterbi, altarent intenti, unus ex eis, splendido fulgore radiis solis super caput Pontificis coruscare, & in ipso ducis Columbus ascendentes, & descendentes vidit. At Roman. Pontifex non suis hoc meritis attribuit, ipsius potius fide caluit hoc sibi monstratum affirmabat, ut videlicet fidei, à qua ipse missus fuerat, sacramentorum virtutem, veritatis luce persulam, cognosceret, & deinceps qualia reverentia, ac forma tractare deberet, addidit. Ordo Frisigenis 1. 7. c. 32.

Vide locum de Eucharistia.

DIES FESTOS. SANCTORUM CULTUM.

Cum quidam Italiae Episc. anno 417. solemnem diem Paschatis integro mensis spatio anticipasset, divina virtute error eorum esse patefactus. In una enim Ecclesia, aqua, quae quotannis pridie Paschatis solebat divinitus baptismi gratia fluere, eos, qui maturius, quam oportuit, id est 11x. Kalend. April. Pascha egerunt, non emanans illius: legitimo autem die, qui erat futurus x. Kalend. Maii ex more fluens, eo die Paschatis celebrari debere ostendit. Sigon. 1. 11. Inp. occid.

D. BERNARD. puer adhuc, in nocte nativitatis Domini, cum hora nocturni officii celebrandi aliquantisper protelaretur, & ipse obdormisset, visus est videre Jesum infantem quasi ab utero matris in lucem ede. Unde ipsi toto vite tempore perquisit fuit, istam virginem partus fuisse horam. Audor vite lib. 2. c. 2.

Dum octavam Nativit. B. Mariae aliquando Bruno Hildesian. Episc. solemnem ageret, in templo ipsi visendam se praebuit Maria. Quam in genas prociens Episcopus sic compellavit: O celi regina, quid ex sublimi ad me miserum homuncionem venire dignata es? Cui illa respondit: Ex animo laetor, quod te auctore, & meo nativitatis memoria tanta celebritate peragratur, & fingulari meo filio honore emergit. His dictis, in tenues auras evanuit. Hinc deinceps octava nativitatis Mariae maxime sacra haberi coepit. Chron. Saxoniae.

Anno 1495. Nicol. Sigismundi Quinque ecclesienis Episcopi quatuor familiaris, Budaam regem Uladislauum prope-rans in villa, cui Solita nomen est, magna in aere luce cum ingenti fragore oculis, auribusque suis obiecta, repente rei novitate exterritus, in terram proceubuit, suspiciensque inde in caelum, B. Virginis speciem, cum Filio, nimbo fulgentissimo circumfulsit, per aere descendente, & Budam vertens eursum intendente vidit, idque ipsum istam Boemo cuidam, & uxori eius hospitii, & auribus venerabundus ostendit. Is dies erat, qui Deiparae Virginis Conceptioni dicatur est: quem postea semper Ungari religiosius coluerunt. Bonif. lib. 5. Dec. 5.

IMMORTALITATEM ANIMARUM.

GENNADIUS Medicus Carthaginensis, immortalitatis animorum argumentum certissimum in somnis accepit. Vidit enim bis per quietem juvenem, qui primò urbem pulcherrimam ei ostendit: deinde postera nocte reversus petit, An eum agnosceret? respondit: & nosse se illum, & somnia meminisse. Iterum ab eo interrogatus. Ubi eius corpus esset, & quid ageret? Cum respondisset in lecto esse, ac dormire: argumento, cui responderi non poterat, didicit, quemadmodum tunc dormiens carnabat per quendam, quamvis clausis oculis corpus in lecto carnabat: ita viri functio homine, crederet eius spiritum vivere, ac videre posse, quamvis tumulo clausum corpus in lecto maneret. A somno igitur excitatus, hoc oraculo, ut restè crederet, inducitur. Fulg. 1. 1. c. 5.

ALTERIUS VITAE BONORUM, MALORUMVE REVELATIO IN GENERE.

Miles quidam in urbe Roma pestilentiæ morbo extinctus, cum revivisset, dixit, apparuisse sibi pontem angustum, fluviumque subterlabentem, tetrum admodum, & caliginosum, ac foetore incredibili gravem. At vero ad ulteriorem ripam loca amena, & quae oculos florum varietate, nates odorum fragrantia multum oblectarent, tum habitacula passim disposita divini cultum nitoris, ac formae: sed inter ipsa unum ceteris majus, elegantiusque quod totum aureis laterculis adhuc constituebatur: cui autem constitueret, scire se nequiss. Con-

L. B. Theat. vit. Human. Tom. 11.

siderasse tamen, quod iusti pontem secure pertransirent, reprobis vero laberentur, & in fluvium ruerent. Tunc vidit (ut Eusebius) peregrinum presbyterum tam inoffense per angustias illas gradum tulisse, quam hic pax vixerat. Sed inter eos quoque, qui ceciderant, quoque rapidi gurgitis fumosi voraces agitant, vidit Petrum, Ecclesiasticae fidei Hierarcham, qui quadriennio ante obierat, fereis vniculis complicatum, & de horribili alveo enatare frustra conantem: atque idcirco ei supplicio mancipatum audivit, quod reos olim, quos puniendos accipiebat, saeviter magis quam obsequenter punierit. Marul. lib. 6. cap. 14.

In castro sanctorum septem fratrum Albericus quidam nobilis puer, cum decimum ageret aetatis annum, morbo correptus, ad extrema perductus est. Quo tempore diebus novem, & totidem noctibus immobilis, ac sine sensu quasi mortuus jacuit. Hoc autem intervallo à B. Petro Apostolo, duobusque angelis per loca pœnarum deductus, ad infernale barachrum devenit. Demum ad paradisi amœna delatus, vidit sanctorum mansiones: atque eorum sublevarum aereum, à B. Petro sufficienter edoctus de veteri Testamento, de peccatorum pœnis, gloriaque sanctorum: vidit arcana quadam, quae loqui prohibitus est: sicque per provincias septuaginta duas ab eodem Apostolo deductus, vitæ redditus est. Chron. Cassinens. F. lib. 4. cap. 68.

GENOVEFA virgo Parisiis cestatis usque adeo laboravit, ut tri-duo jam exanimis, rubentibus tantum genis observaretur. Ubi ad se rediit, se ad inferos deductam, beatorum campos, & supplicia impiorum illustrasse affirmavit. Bonif. 1. 5. Dec. 42.

Extat apud Vincent. lib. 27. cap. 98. & 99. longa narratio de Tundalo, cuius anima tum in locum suppliciorum infernalis, tum beatorum, tum purgatorii, duce Angelo deducta fuerit, ac multos sibi notos viderit: In primo beatorum aditu offendit magnam virorum, & mulierum multitudinem, plurimam, & ventorum injuriam sustinentes, famam, & siti tabescentes: lumine tamen fruebantur, nulloque foetore molestantur. Angelus comes hos respondit non valde honestè vixisse, bonaque temporaria pauperibus non fuisse largitus: post aliquot annos ducendos ad requiem. Venerunt inde ad portam, quae ultrò aperta est eis: quam cum intrasset, viderunt campum floridum, æterna luce plenum, in quo multae animae erant utriusque sexus exultantes: destinatum iis, qui de cruciatibus crepti, nondum merentur sanctorum consortio conjugii. Fons ibi est, aquae vivae, è qua bibens vivet in æternum, nec sitiet unquam. Precedentes paululum viderunt Conco-brum, & Donatum reges, in vita sua crudeles, & inter se invicem multum inimicos, qui tamen ante mortem vitam penituerant. Concober languens votum voverat, si vivisset, monachum se futurum. Donatus autem per multos annos in vniculis religatus, omnia, quaecunque habuit, dederat pauperibus. Ulterius progressi incidere in Cornartum regem, vni-quo Tundalus in seculo vixerat: qui in argenteo degens palatio, regio prostratus tractabat mori. Ministrorum copia afferebat maxima pauperum scilicet, & peregrinorum copia: quibus rex bona sua largitus fuerat. Spectantibus illis, obscurotus est domus, omnes habitatores consternati sunt, rex contristatus exivit, cum fletu: Quem cum Tundalus sequebatur, vidit ministros expensis in caelum manibus Deum devotissimè deprecantes, & dicentes: Domine Deus omnipotens, sicut vis, & sicut scis, miserere servi tui. Et respiciens, vidit regem in igne usque ad umbilicum, & ab umbilico sursum cilicium indutum. Hanc pœnam, inquit angelus, quotidie patitur per tres horas, & per viginti horas, & unam requiescit. Quia legitimi conjugii maculavit sacramentum, & ideo patitur ignem usque ad umbilicum. Cilicium vero portat, quod iussit eo: Hincem interficere iuxta sanctum Patriicum, & pravaricatus est iururandum.

Alterius cuiusdam anima per Raphaelem ad superos, & inferos deducta, vidit hominem in sella ignita sedentem, in cuiusos mulierculæ ornatissimæ ardentes faeces immittebant, & per posteriora retrahabant: eosque cruciatibus perpetuo patiebatur, quoniam luxui, ac libidini deditus fuerat. Vidit hominem, quem diaboli excohibant vivum, saeque consensum, & craticulae impositum assabant, qui in subditos crudelis fuerat. Alius oblatas, equo ardenti insidens, ante capram, post terga monasticam vestem gestans, qui de rapinis vixerat, ac muliereculæ cuidam suam capram surripuerat: tandem monachum simulata penitentia inducere voluerat. Vidit diversi ordinis religiosos, quorum alii rifu, cachinnosque alii conivitis, alii gulae, ac libidini splendens fudebant, damnos eos ad similitudinem perpetratorum scelerum ad hunc cogentibus. Denique Judam

K k 2

pro-

proditorum, omnibus demonibus, damnisque hominibus
A invifum, in imo barathro, ubi omnium ludibris, convitiis,
que expofitus erat, confpexit. Hac cum contra interdictum
homo ille ad fe reverfus narrare adstantibus fratribus ce-
piffet, flatim S. Benedictus baculo os ejus ferit. Et quia,
inquit, loquendo peccasti, ulu fermonis per dies novem
privaberis, fic injuncta poenitentia difceffit. Novem autem
diebus exactis, rem omnem fuo tandem Abbati, ut jufius fue-
rat, aperuit. Abbas vero, qui tacendi præceptum non acce-
perat, porrò in publicum produxit. Vincent, lib. 29, cap. 8,
9. 10.

Cum Haldingus Danorum rex, Regnildam Novergiorm
regis F. duxiffet, intercoenandum, femina cicutarum gerula,
propter foculum humo caput extuliffe confpecta, portecto-
que fimo percontari vifa, qua mundi parte tam recentia grami-
na brumali tempore orientur. Ejus rei cognofcenda cupi-
dum regem proprio obvolutum amico fecum fub terras ab-
duxit. Primum igitur vapida cujusdam caliginis nubilum pe-
netrantes, perque callem diuturnis adefum meatibus inceden-
tes, quofdam prætextatos, amictosque olivo proceres confpi-
cantur: quibus præteritis, loca demum aprica fubeunt, quæ
delata à femina gramina protulerunt, progrefsi que præcipitis
B lapfus, ac liventis aquæ fluvium, diverfi generis tela rapido
volumine torquentem, eundemque ponte meabilem factum
offendunt. Quo pertransito, binas acies mutuis viribus con-
currere contemplantur. Quarum conditionem à femina per-
contante Hadingo: Ii funt, inquit, qui ferro in necem acti,
cladis fuae fpeciem perpetuo teftantur exemplo, præfentique
fpectaculo præterita vitæ facinus æmulantur. Prodeuntibus
murus aditu tranfeunteque difficilis obftabat: quem femina
nequiquam tranfilite conata, cum ne corrugati quidem corpo-
ris exilitate proficeret, galli caput, quem fe cum forte deferebat,
abruptum, ultra moximum fepta jactavit, flatimque redvivus
ales refumpti fidem fpiraculi clarè reftitit. Regreffus igitur
Haldingus, patriamque cum conjuge repetere orfus, pira-
tarum infidias celeri navigatione anteverit. Qui licet eisdem
benè factibus juvarentur, ipfum tamen æquora præfulcantem
paribus velis atque non poterant. Saxo. l.

SOLEUS TESPESIUS, Protogenis neceffarius, & amicus, cum
priorem vitam in maximo luxu tranfgiffet, atque ita deoxif-
fer citò rem familiarem, aliquantisper exprimere neceffitate
geffit fe improbè: opelque ex poenitentia feftanti idem uti-
venit, quod falacibus: qui uxores cum habent, non reti-
nent eas: fed ubi has dimiferunt, attentant iterum per feelus
aliis junctas fuprare. Hic ergo, cum nulla fere, quæ face-
ret ad libidinem, aut compendium, abfterneret, cenfum qui-
dem non grandem, fed famam improbitatis brevi conciliavit
ingentem: præcipue verò famofum reddiderunt relatæ ex Am-
philochi oraculo fortis. Quò ille credo cum miffiffet, con-
fuluit Deum, An reliquam vitam acturus effet felicitus? Hic re-
fpondit, Felicitus acturus, cum vitam depofuiffet. Et verò
non multò poft id ei quodammodo evenit. Siquidem delapfus
ex fatigatio quodam in collem, fola ex collifione fine vitæ
expiravit, ac tertio die in ipsis jam exequiis revixit. Qui brevi
creatus ad mentem reverfus, mirificam vitæ viciffitudinem fe-
cit. Neque enim jufliorem in commerciis norunt Cilices illa
tempeftate extitiffe alium, neque erga Deos religiofiorum, ne-
que leniorem inimicis, vel firmiorem amicis. Idèinde ami-
cis, & familiaribus de malorum fupplicio apud inferos, & bo-
norum præmiis, quæ vidit, narravit, quæ narratio apud Pla-
tarchum fati longa eft. Auguftinus Steuchus l. 10. de Philofo-
D phia perenni, c. 26.

TIMARCHUS Charonæus Socratis difcipulus, cum demonii
Socratis, quæ vis effet, cognofcere gefinet: ut qui ado-
lefcentis effet egregius, & modò philofophiam guffaffet,
in Throphonii mantem folemnibus peractis defcendit. Cum
hæffiffet in fpecu duas noctes, & diem, ac multis cum jam pro-
deplorato liberent, & complerent familiares ejus, fumino
diluculo fronte perquam læta prodit: ac poftquam faluta-
vit venerabundus Deum, & explicuit fe turba hominum, mul-
ta vidiffiffe, & audiffiffe miranda memoravit. Narravit, poft-
quam defcendit in mantem, ofufum fe primum multa fui-
ffe caligine. Inde obfpectationibus factis diu jacuiffiffe, non fa-
tis clarè, vigilaret, fomnia tene, intelligens: nifi quòd vifa
effent capitis fterpitio accedente percuffi, dehilcentes futura
animam emittere. Quæ ut excedens, cum aere commixta fuit
læta rutilante, & limpido, primum refpirare tunc vifam
effe aliquantum, atque exporrigi, & quam antè fuiffet, amplio-
rem fieri inftar veli paffi: inde percipere parum clarè frido-
rem quæpiam fuprà caput circumvolutum, qui vocem

fuavem emitteret. Cum autem oculis circumtuliffet, terram
noftquam circumfpexiffet, fed micantes molli flamma infulas, E
commutantes inter fe alium alias colorem tanquam circumtur-
accipere, variante in commutationibus luce. Vifas eas nume-
ro infinitas, granditate immenfas, non pares tamen inter fe
omnes, fed æquè orbiculas: arbitratur autem fe æthera his
in gyrum circumactis illum fridorem edere, dom leviter in-
ter fe concurrabant. Interjectum illis mare, vel lacum effu-
fum colore pellucidum ex admixta grandine. Ex infulis illis
paucas vehi recto meatu, & decurrere ultra rivum: alias fre-
quentes à recto curfu aberrare, vel retrahi impetu, quafi gur-
gitibus haurirentur. Duo effe mari oftia, quæ ignis irumpen-
tis ad verfos amnes recipiant: ita ut longiffimo fpatio retro
inhibito mare repellatur, & candefiat glaucedo. Cum deor-
fum aciem demiffiffet, vaffum apparuiffe hiatum rotundum,
ficut globi carinati, mirè horribilem, & profundum, ingenti-
bus renentibus fœcundum, non fedatis, fed turbatis, & frequenter
reflagrantibus: unde exaudiri infinitos rugitus, & gemitus
animantium, infinitorum ploratium puerorum, permixtorum
que vitorum, & feminarum ejulatus, fterpitio varios, & tu-
multus ex alto procul obfcuro fufulatos, quibus fe non medio-
criter fuiffe percuffum. Procedente tempore, cupudam,
quem non videbat, indicio, didiciffiffe ex quatuor Perlephones
fortibus unam, quam Stix terminaret: Animarum, Mentium
& Seniorum myriadibus frequentari, reliquas tertio poft men-
fe liquidius agniture. Silente voce, refpexiffe fe, ac voluiffi-
fe, narravit Timarchus, qui ille effet, qui loquebatur, fpe-
ctare: verum ex ingenti iterum capitis dolore, quafi vi colli-
ffi, profus de ftatu mentis dimouum fuiffe, omnique orbi-
tium fpecu fe ad veftribulum, ubi initio decubuerat, pœcentem,
Ut autem Athenas regreffus tertio mense ex vocis, quæ ei fue-
rat oblata, pronuntiatione expiravit, ac rem Socrati ftu-
pentes retulerunt, increpavit eos Socrates, quòd non fu-
perffiffe adhuc Timarcho id ipfi expoiffiffent. Plutarch. de
Socratis demonio.

VIRTUTUM QUANTUM LIBET DIVINA
COGNITIO.

SAPIENTIE DIVINÆ, PROPHETIÆ,
SANCTITATIS.

HELIÆ Propheta pater Sobac, cum mater puerum ederet, in
fomis vidit viros niveis veftribus amictos puerum falutare, & a G
matris uberibus avulfo, flammam cibi loco miniftrare. Epiphani-
in vitis prophetarum.

Quo die Heliſæus in Galgalis natus eft, hps aurea in Selom,
clamore horrendo vociferata eft, destructionem fui prævidens.
Epiphani, de vitis prophetarum.

Septuaginta interpretes Judæi, ad Pharaonem Ægypti fe-
paratis ædiculis finguli, LXX. dierum fpatio facta interpre-
tati funt Biblia, tanta divini fpiritus efficacia, ut collatis
à Ptolemæo Philadelpho rege in unum interpretationibus,
una unius hominis interpretatio videretur, Ariftæus 19. Jo-
ſephus.

JOANNES, Zacharia filius, nondum in lucem editus, indubi-
tato prophetici fpiritus argumento, fub ipfum alna virginis
ad Elifabetham matrem ingreffum, geflenti fimilis, vifus effe
fenfite Fertorem humani generis adefe, qui virgine geflata-
retur utero. Sab. l. 9. c. 9.

Feliciffimi prodigii loco is ignis effe habendus, qui limguam
fpecie Apollolorum capia circumfulfit: qui eorum H
cordibus charitatem, fapientiamque am infudit, qua totum
terrarum orbem poftèa ad divinum cultum incendunt. Sab.
lib. 1. cap. 4.

Eodem igne correptus in Gallia B. Martinus, qui ad Turo-
nenf. Epifcopatum affumptus fuit: magna fpectantium admira-
tione, dum facram altaris hoftiam immolaret, ingentem flam-
mam emiffit: ut ex eo, qui aderat, intelligere poiffent, quæ
celebre, clarumque fanctitatis nomen in Dei Ecclefia effe ha-
biturus. Sabell. lib. 1. c. 4. Egnat. l. c. 5.

EPIPHANIUS Ticenenfis, Epifcopus fanctiffimus, cum nu-
per natus effet, cuna fuperno lumine fulferunt. Eodius
in ejus vita.

PAULUS Thebzus, cum jam centum tredecim annos in ere-
mo vitam celestem ageret, & nonagenarius in alla folitu-
dine Anton. moraretur: hæc in mentem ejus cogitatio inci-
dit, nullum præter fe perfectum monachum in eremo con-
fediffe. At illi noctem quiefcenti revelatum effe, effe alium
ulterius

ulterius multum ipfo meliore, ad quem vifendum de-
A beret proficifci. Illicò erumpente luce, venerabilis fenex
infirmos artus baculo regente fufultans, cepit ire velle, quò
nefciebat, & vix tandem tertio die ad Paulum venit. Hier. in
ejus vita.

Fabiani Romani Epifcopi, dum eligeretur, vertici repen-
te, & de improbo columba infidens, omnium movit animos,
ut Epifcopum divinitus monftarum agnofcerent. Eufeb. lib. 6.
cap. 29.

AMEROSTO, præfuli Mediolanenfi, quondam puero in cunis
(ut refert Paulinus præful Nolanus, qui ejus vitam confcripfit)
examen apum circa os apparuit: magni viri, mellifluoque fermonis
præfagium. Polat. 19. Marul. l. 3. c. 4.

REMIGIUS Epif. Rhemenfis, Gallorum Apoftolus, ante-
quam nafceretur, Montano cuidam monacho pro Ecclefia
Gallia pace orante, vox audita effe, Remigium nafciturum,
vindicem Arianz impietatis: eumque in peccatis quidem con-
ceptum, fed in utero matris fanctificatum. Hincmarus in ejus
vita.

LYBUSSA, Boemorum princeps, cum Pragam urbem con-
deret, per quietem vidit, geminos olivæ ramos ad aquilona-
B rem urbis partem divinitus enatos, quorum fublimitas ufque
ad fidera pertingeret. Poft aliquot fecula tãdem Divus Vence-
laus, & Adalbertus, ille ut princeps, hic ut Pontifex Boemis
præluere, ambo in colum, atque inter numina celeftia relati.
Duby avius lib. 2.

BERNARDI Clarevallenfis Abbatis Mater, ante diem partus,
vifa fibi effe in fomnis catellum in utero latrantem habere. Id in-
terpretatum effe, eam divini verbi præconem parituram. Ma-
rul. lib. 3. c. 4.

DOMINICI Caligiritani Mater prægnans, per quietem vi-
diffet fertur, parere fe catulum incantam facem ore circumfem-
entem, quo omnes incendio terra confligaret. Nec de-
fuit noftumo vifus eventus. Orta nempe effe illo ingens fa-
milias, quæ divina prædicatione, terrarum partem multo ma-
ximam inflammavit. Sabell. lib. 1. c. 7. de Inſigni ortu, & Marul.
lib. 3. cap. 4.

GEYLA Ungarorum regi revelatio facta fuit in fomnis de filio
Stephano nafciturò fanctiffimo. Bonfin. l. 1. Dec. 12.
Priamus rex ex Hecuba Helenam, & Cafandram fufcepit.
Infantes in templo Apollinis Thybræi (ubi 5000. uis
celebrabant) colludentes obdormierunt. Famula, quibus
C puerorum cura erat demandata, temulentiores, puerorum
oblite, dormam abierunt. Poftidie in templum reverfa,
viderunt ferpentes linguas puerorum fenforia organa ob-
ftruire. Territe vociferationem ediderunt. Serpentes clamo-
re excitæ, vix proximas lauros feße abdidertunt. Pueri exinde
vaticinio clarere ceperunt. Scoliaſti Homeri in feptimum
lliados.

SAPIENTIE PROFANÆ,
ERUDITIONIS, ELOQUENTIÆ.

Cyprii Homerum fibi vindicant, & Themifto indigenam
feminam, Homerum fuiffe matrem dicunt: Euclum verò de
ipſius ortu hifce veribus fuiffe vaticinatum. Pauſanias in Pho-
cicis narrat:

Flußifona in Cyprio tunc vatem dia Themifto
Alti loquum pariet, ditis Salaminoi in agris.
Poſt habitabit Cyprio, longè proveñus in altum,
Grajjuum terras luſtrabit, carmine favos
D Heroum caſus, & triſtia funera dicentis.
Nec ſenium metuet, nec inexarabile fatum.

ZOROASTRES Babilonianorum rex, modò natus, riſiffe dici-
tur, cum ali infantis jam editi vitæ lacrymis auſpicentur: &
cerebrum ita palpaſſe, ut impoſitam repelleret manum.
Quod manifeſtiſſimum magnæ, & egregiæ indolis præfagium
fuit: ut & eventu etiam apparuit. Nam non tantum magicas
arcas inveniffe, fed & mundi principia, fidemque motus di-
ligenter ſpectaſſe dicitur. Plinius lib. 6. cap. 16. Solinus cap. 4.
Polybiſi.

LYCURGI ſapientia Pythius Apollo admiratus effe. Quan-
primùm enim Delphos ad oraculum profectus, atrium ingreſ-
ſus effe, Pythia fic occinuit:

Ἦχος ὁ Δελφῶν ἴδον ποτὶ πῖονα νῦν,
Ἐλὼ φῖδος, & πῶνον ὀδύμην δὲ οὐκ ἔχουσι.
Διὸς δὲ ἴδον μαρτυροῦμαι, ἢ & ἀδύρα.
Ἄλλ' ἴδον & μάλλον δὲ ἴδοναι, ὁ Δελφῶν.
Herod. lib. 1.

L. B. Theat. vit. Human. Tom. II.

In ore Steſichori poeta infantis cecinit luſcinia. Plinius
lib. 10. cap. 29.

PINDARUM, cum eſſet adhuc adoleſcentulus, Theſpias pro-
ficentem per aſſatam, meridiano calore feſſum, ſomnuſar-
ctior complexus eſt. Advolarunt apes, quò paululum de via
diverterat, & ad ejus labia mel attulerunt. Quò fuit carmina
pangendi Pindaro initium. Paul. in Dicit. Ælian. tamen lib. 1.
Var. hiſt. infanti à patre expoſito hoc accidiffe ait.

PLATONEM in unis ferebat Perifione. Cum verò Ariſton
ſiera litaret in Hymetto Muſis, & Nymphis, obeundæque
rei divinæ daret operam, illa Platonem in proximis myrtis
denſis, & ſpiſſis repoſuit. Cui repente examen apum in os in-
ſidere cepit, futurum eloquentia augurium. Ælian. lib. 10.
de Var. hiſt. & lib. 12. 19. Var. Max. lib. 1. cap. 6. & Pl. lib. 11.
cap. 17.

SOCRATES Delphico oraculo ſapientiffimus judicatus.
Suid.

Idem in fomnis difcipuli Platonem eloquentiam, atque philo-
ſophiam prævidit. Nam pridie, quàm ad Socratem à patre Pla-
to puer adduceretur, per quietem vidit candidum cygnum in
ſinum ſuum advolaſſe, qui aerem miris concentibus preleret.
Quòd ſomnium, viſo Platone puero, ſtatim enarravit Pauſa in
Atticis.

Archilochi pater Theſicles de puero nato percontatus, ora-
culum accepit. ἄθροῦς σοὶ παῖς & αὐτὸς ἄθος, ἢ ΤΑΛΕΙΟΝΑΣ.
Tiſiæ Heliſiodi F. infantis oris luſcinia infediſſe dicitur.

HIPPOCRATES in epiſtola ad Philopœmencem ſomnium
enarrat, quòd ſibi meditantis, & ſollicito de Democritis, ad
quem ab Abderitis curandum vocatus erat, valitudine ſub-
toram obveniſſe dicit: Videbat, inquit, mihi videte Æſcu-
lapium coram, & jam ad ipſas Abderitarum portas aderamus.
Æſculapius autem, non ut imagines eum alias offendunt, mi-
tis, ac blandus apparebat: ſed habitu concitato, & aſpectu
horrendo. Sequebantur autem ipſum dracones reptilium generis
immanes, longum tractum ducentes, & horribile quiddam
velut in deſertis, ac falutibus ſubſulantes. Sequebantur, & ſo-
ciii, pyxides medicamentarias probè obſignatas geſtantes. De-
inde porrexit mihi manum Deus. Quam ubi libentiſſimè ap-
prehendiſſem, rogabam, ut mihi ſimul pergere liceret, & ne
in mendendo deſtitueret. Verum is, Nihil, inquit, in præ-
ſens me opus habes. Sed hæc immortalium, ac mortalium
communis dea te peregrinum deducet. Ego converſus vi-
deo mulierem pulcræ, & magnam, ſimpliciter ornatam,
ſplendidam, cujus oculorum circuli puro lumine micabant,
ut ſtellarum fulgorem putares. Et Deus quidem diſparuit. G
Mulier verò illa aprehenſum me manu, lento gradu benigni-
ter per urbem ducebat, & ubi propè domum eſſemus, in qua
hoſpitium mihi paratum eſſe putabam, velut ſpectrum diſpa-
ruit hoc faltem dicens: Cræte apud Democritum deprehendam.
Cum verò jam fe illa converteret: Rogo, inquit, quænam,
optima femina, quam me, quo nomine vocari debes? Veritas,
inquit, illa. Cæterum quam accedentem vides (& de
repente altera quædam mihi apparuit: neque ipſa mala vide-
batur, audacior autem aſpectu, & concitator) Opinio, in-
quit, appellatur, & habitat apud Abderitanos. Ego igitur,
ubi de ſomno furrexiſſem, mihiſpè ſomnium interpretatus
ſum: quòd non indigeret medico Democritus, quando ſa-
nè ipſe medendi deus diſceſſiſſet, velut qui medendi occaſio-
nem, & materiam non haberet. Sed ipſa quidem Veritas,
quòd Democritus ſanus ſit apud Democritum manet: Opinio
verò, quòd Democritus agrotet, revera apud Abderitas
habitat. H

ANNÆ Lucani Cordubenfis cunis apes infederunt. Omne
non obſcuro poetæ facultatis.
CICER. Nutrici ſpectrum ajunt fe obuliſſe, ac prædixiſſe, in-
gens tam bonum omnibus Romanis nutritæ. Hæc cum ſomnia
eſſe, & vana alioquin viderentur, ipſe brevi offendiſſe certum
fuiffe oraculum. Eidem conſulenti Apollinem Delphicum,
qua potiſſimum ratione ſummam gloriam aſſequeretur, fortes
datæ fuerunt, ut ſuum ipſius ingenium, non vulgi exultima-
tionem, duccm ſequeretur vitæ. Plut. in Cic.

Horatius l. 3. Ode 4. narrat, ſe olim adhuc puerum in Apulia,
lauro, & myrto à palumbis teſtum, ut à ſeris tutus eſſet: præ-
ſagium id mirum fuiffe innuens, quòd poeta, & lyricorum,
amorumque ſcriptor aliquando eſſet futurus:

Me fabuloſæ Vulture in Appulo,
Atricis extra limen Apulia,
Ludo, fatigatumque ſomno,
Fronde nova puerum palumbes texere.

Kkk 3 U

Ut tui ab atris corpore viperis Dormirem, & urfi, ut premeret sacra Lauoque, collataque myrto Non sine diis animosus infans.

Scribit Josephus Brivius Mediolanen. in suo Panegyrico, cum Petrarca esset Mediolani in aula Vicecomitum, inter multos purpuratos, & nobiles viros: Galeacius praecepit Filio, qui primus postea dux Mediolani fuit, tunc puer adhuc, ut sapientissimum ex instantibus offenderet. Puellus oculis hinc inde volutis, Franciscum adiit, & manu apprehensum patri cum omnium admittatione monstravit. Hieron. Squarziensis in vita Petrarcae.

Prodigium haud parvum ante Joannis Pici Mirandulae ortum apparuit. Vifa enim circularis flamma est supra patientis matris aslare cubiculum, moxque evanescere, forsalle nobis insinuans, orbicularis figuræ intellectu perfectione, similitudinem eum futurum, qui inter mortales eadem hora prodiretur, univertique terræ excellentia nominis circumquaque celebrandum, cujus mens semper caelestia, ignis instar, petitura esset, cujusque ignita eloquia flammata menti consona, Deum nostrum (qui ignis comburens est) totis viribus B quandoque celebratura, sed statim obtutibus hominum, ut illa evaniret, oculenda forent. Joan. Francisc. in vita Pici Mirandulae.

CONRAD. CELTIS, nostro ævo Germanorum poetarum primus, natus infans, decem diebus continuis incredibiles vagitus edidit, butyro, & mellis favo loco admotus agrè seniebat. Responsum est à Nutricibus, magnæ famæ, & facultati virum fore. Sodalitas litteraria Rhenana in ejus vita.

JOAN. ANT. CAMPANI (qui postea Episc. fuit Aretinus, eloquentia sua ætate pavidus) mater, cum diu sterilis fuisset, & de prole desperaret, à peregrina quadam muliere, nunquam antea, nec post amplius vifa, laureas baccas contra sterilitatem accipiens, hausit: & mox se gravidam esse sensit. Completo parienti tempore, rux profecta, partum in gamine abique ulla obstetricis sospitem edidit. Puer primò cælum fixis oculis spectare cepit. Inde fronte lata laurum spectans, mox ad obstetricem, quæ accessit advenerat, conversus, quantum ejus dici fuit, maximis ejulatibus consumpsit, neque prius à lacrymis desistit, quam obstetrix puerperæ thalamum de more exornata, cum reliquis floribus hederam, laureaque ferta intulisset: quorum spectaculo delinuit, à lacrymis sibi temperavit. Exceptam porrò à bajulis domesticis matrem unâ cum foetu, longa apud examina ad fores usque cubiculi consecuta, à limine cubiculi ad triduum, & tunc quoque non nisi multo igni submoveri potuerit. Quarto die laurum, sub qua susceptus puer fuerat, & quam fixis oculis recens natus fuerat intuitus, contemptis favis inventa sunt infidisse. Quæ purissimo mox delibuta melle, opere jam delinque, ita mox excescere, ut subita nece cognita sint interitus: testata simul ingenii suavitatem, gloriæ immortalitatem, & fluxæ eloquentiæ insaufum alieno in solo, postremo vitæ spatio, fatum. Michael Fernus in ejus vita.

Hieronymus Fracastorius Veronensis, adhuc infans, cum à matre in ulnis gestaretur, fulmine cælitus misso mater corruit, puer servatus est, non obscuro futuræ claritatis præstigio. Auctor vitæ.

FORTITUDINIS.

D AMARAMIS Judæorum unus, pietate insigni, cum crudelissimo Pharamis edicto omnis Judæorum progenies pro deplorata haberetur, media quiete iustus est dare operam procreationi: fore, ut filius ex eo nasceretur, qui tactis Aegyptiorum opibus populum servitio eximeret. Moyfès inde oritur, quo nec sanctior nasci potuit ad religionem faciendam, nec ad vindicandam libertatem magis idoneus. Sabell. lib. 9. cap. 5. & lib. 1. cap. 5. Idem adhuc infans coronam capiti admotam confcidit, projectamque pedibus conculcavit: omne non obscuro, cum tyrannidem Pharaonis labefacturum. Sab. lib. 9. cap. 9. Exempl. lib. 2. §. En. 1.

HERCULES, apud Pindarum Ode 6. Isthmiorum, manus ad cælum tendens, precatus est: Si unquam, ò pater Jupiter, preces meas tuæ sponte audisti, nunc tibi, nunc inquam divinis precationibus supplico, ut viro huic fortem genatum ex Eribeæ conjuge tribuas. Ipsum verò amicum meum Telamonem ita fortunatum reddas, ut corporis viribus alioqui ineffabilem, talis animus mæneas, atque sequatur, qualis est, quem

hæ contegunt exuvie leonis, quem olim ante omnia primum certamina in Nemea occidi. Hæc ubi dixisset, magnam animi ducem aquilam Deus demisit: ingenti verò intus gaudio pertulit est. Hæcque vates aliquis oraculum edens protulit Hercules. Erit quidem tibi filius, quem petis, Telamon, vocabisque prolem ex vifalitate, excellentem viribus à jæcem, belli fudoribus cunctis populis admirandum.

AGARITIA, vel Agaritis Hippocratis F. Xantippo nupta, vifa est sibi parere leonem in fornibus, & paucos post dies peperit Periclem. Plut. in Pericl. Herod. lib. 6. & Suidas.

ALEXAND. ex gente Herculis per Caranum, & genere materno Æacida per Neoptolemum fuisse, pro certo creditur. Fama est in Samothrace initium cum Olympiade Philippum, cum esset ipse tum adolefcens, illam item puellam parentibus orbam amasse, atque inde conciliatum fratris voluntate Arybbæ (Arymbam vocat Dind. 1. 16.) nuptias coiffe. Sponsæ ante noctem, qua thoro genialis juncti fuere, visus est Jove tonante venus fues de cælo tangi, atque ex istu largum succensum ignem, qui mox erumpens, in flammis nuptiam dispersas dissiparetur. Philippus spatio aliquo post nuptias vidit in fornibus uxoris se ventrem consignare. Habebat sigilli sculptura, ut vifa ei est, imaginem leonis. Eæ vitone vatus interpretantibus cæteris, & Philippo cultidiss acrioribus sepiendam conjugem, Aristander Telmestus utrum illum leoni æquandum ait ferre, nihil enim, quod inane sit, signari, ac concepisse cum instantem animofum. Plut. in Alexand.

Ex L. Martii ducis duorum exercituum, quos interitus Publii, & Cnei Scipionum in Hisp. debilitaverat, capite concionantis flamma eluxit. Cujus aspectu pavidi ad huc milites, pristinam recuperare fortitudinem admoniti, octo, & triginta hostium milibus caesis, magnoque numero in potestatem redacto, bina castra Punici opibus resecta ceperrunt. Val. 1. cap. 6.

BASILINA uxori Constantii, fratris Constantini Magni, cum Julianum Apostatam utero ferret, somniavit se parituram Achillem. Excitata somnium marito narravit, & cum antequam parienti tempus sentiret, peperisse, bona spes parentibus de filio fuit. Habuit namque formam liberes, & ingenium tam ad literas, quam ad arma accommodatum. Cuspin. A. D.

ELISABELLA Darca, genere Lotharinga, & inter rusticanas mulieres in tenui fortuna nata, cum vicinis nasseret, vifam sibi in fornibus fulgur parere, ab eis haud longè post irrisa fuit. Puellam enim enixa, nihil nimis quam ullius magni effectus partum edidisse videbatur: Cæterum puella, quæ nomine Jana Pulicella, hoc est, virgo, nuncupata est, virtute, prudentiaque sua victores Britannos (qui totam penè Galliam occuparant) prælio ita afflixit, ut vere in eo bello fulgur extiterit. Fulg. 1. c. 5.

VOISAVA, Joan. Castrioti reguli Epirorum uxor, prægnans serpente se parere somniavit, qui spiris suis Epirum totam involveret, & capite quidem Turcis horrendo stridore immineret, caudam verò Occidentem versus placidè extenderet. Puerum peperit, qui in dextro brachio ensis formam affabrè expressam habuit. Pater Georgii nomen ei imposuit, eumque diligenter educatum, cum reliquis filiis obfidem Amurati Turcarum tyranno dedit. Is Georgii indole delectatus, Scandesbechi nomen ei indidit, quod lingua Turcica Alexandrum Dominum significat. Non salum fuit omen. Nam mortuo patre regnum ab Amurata consecutus, confestim ad Christianam religionem rediit, & Turcas multis cladibus affecit, ut Henon immerito Christianis Alexander appellari poterit. Marian. Barlesius in ejus vita.

GALEACIUS Vicecomes Matheo Magno genitus, novum id nomen, quod postea manavit ad posteros, primus familiaritè intulit, à matre Burra joco inditum, cum ea forte in multo gallorum cantu enixa puerum, aperis oculis altè vagientem Gallacium appellasset, idque aridentes ancillæ sæpè repetent, nec abnueret pater, tanquam ab ave Martia militari augurio jucundè accepto, idque præsertim insigni eventu fortuna comprobante, quod ea nocte puerum nasci contigisset, quæ felici prælio ad Decimum, intersectis, aut capitis Turrianæ familiaritè proceribus, ab Othone Vicecomite Mediolanensi Archiepiscopi. parta est ea insignis victoria, quæ & principatus initium fuit. Nec verò sine ullis deliciis educatus puer, augurii fidem festellit, quam singulari vigilantia, generoso spiritu, atque indomito vigore pugnacis animi, superbum, & ferocem gallum emularetur, & conspicua quadam alludentis naturæ dona

hæc hos mores adornarent: multo quippe robore suffusa facies, flagrantes oculi, subscrispta, & fulva caesaries, & lato in pectore crecta cervix, maximi futuri ducis speciem reddebant. Jovius in vita Galeacii.

CASITATIS.

Ex Tit. Divinationis per ignem exempla quadam Casitatis per ferrum ignitum, per aquam ferventem comprobata, petes.

JOSEPH, cum videret gravidam credidit sibi Mariam nesciens summi Dei consilium, voluit clam deferere eam. Verum in fornio ab Angelo monitus, recepit Mariam, cum intellexisset eam concepit à Spiritu sancto. Matt. 1. c. 2.

HELLIAS Eremita, pater, & rector ecc. Viginum, cum metu incertitendæ curam quandoque detraheret, in fornibus sibi prædicti genitalia vifa sunt. Dum evigilasset, ad curam pristinum rediit, ab omni liber lascivie cogitatione. Volter. lib. 21. Autrop.

BARTHEUS Turonensis Episcopus, qui divo Martino successit, accusatus, quod ferrum suam violasset, quæ domi suæ pepererat: cum constanter id negaret, neque illa tamen serva delictum inficiaretur: in exilium judicium inquisitorum sententia actus est. In quo septem annos ita vixit, ut tandem postea patefacta re, duobus successibus intra hoc spatium vita sanctis, pristina dignitate etiam nolens sit restitutus, hodieque adhuc inter divos colatur. Egnar. 1. 8. c. 1. & Fulg. 1. 8. c. 1.

DIABOLUS, qui Sylvani Nazarenensis Episcopi integritatem pervertere nequifit, infamia dehonestare decrevit: & formam ejus, habitumque assimilatus, matronam quandam noctu adiit, atque ad concubitum urgere cepit. Pudica mulier vim timens, domesticorum operum protinus inelam. Ille latebram sub lecto petiit: sed ut volebat, à concurrente familia inventus, verberibusque & contumeliosis affectibus extra ædès eiecit. Interim rerum incens Sylvanus, ubi manè tandem percipit, se à vulgo difamari, & pro scelere, quod nec cogitavit, quidam jam ad vindictam expecti: furori cedere fatuus ducens, properè Bethlem se contulit. Sed cum ibi quoque vitæ suæ infidiantur, quidam ipsum ferre volentes, versus macronibus sibi ipsi mortem conficere. Post hæc cum ad tumulum D. Hieronymi mulier dæmoniacæ curatiosis gratia adducta esset, plurimique eò simul confluxissent, apparuit Hieronymus: & dæmoni, ut ab ea exiens, quibus prælitiss Nazarenæ adversus Sylvanum ludificasset, palam faceret, imperavit. Illico mulier sanatur, & præsentè Sylvano, Sylvanus alter juxta illam cernitur: qui rem ordine confessus disparuit, & vulgato miraculo celsa viri innocens infamia, veripellissique impolitoris astus magno omnibus tunc stupore. Marull. 1. c. 1.

Mesburg servat calicem, quem libra ajunt iniecisse D. Laurentium, cum Henrici II. Imperatoris jam mortui trutinarentur bona cum malis. Satanam, ferunt, tum ansam libræ defregisse, indignantem, quod nihil in eo suum reperiret. Crantz. 4. Saxonie. c. 35.

CONGUNDIS post aliquot annos tumulata est, cum marito Henr. II. Imp. Bambergæ, virgo cum virgine. Vox audita. Cede virgini virgo locum. Crantz. 4. Saxonie. c. 35.

STEPHANUS Ungarorum rex, D. Martini cœnobium, in monte Pannoniæ fundatum invenit, filium Americum secum duxit, haud ingratum, quanta Dei gratia perire polleat. Cum templo appropinquasset, monachi longo agmine obviam prodierunt. Emericus à patre præmissus: oscula disparia monachis impartitus est: huic duo, tria illi, nonnullis quatuor, plebique septem. Causam à patre rogatus. Pro continentie inique modo oscula dedi septem perpetuè castitatis cultoribus. Bonfin. 1. 1. Dec. 2.

CLEMENTIÆ.

M. ANTON. Pio imperii tranquillitatem portendit laurea, è deorum statuis in finem ejus spontè delapsa, dum in Cilicia quaerere. Item quatuor leones, sua spontè cicures redditi, ejus mansuetudinem portendebant. Fulg. 1. 4. c. 4.

Cum in Oriente Valens Arian. imperaret, anno primo, quo Gratian. in Occidente gessit imperium, in Gallia diem unam pluit lana juxta urbem Atrabatenfem: prodigii interpretatione in ambiguo relicta, Vtrum per eam pluviam Gratiani bonitas, an Valentis perfidia declararetur: id quod postea detectum est in Valentianis fratris morte. Ibid.

Venete Reipub. symbolum, Pax tibi, Marce Evangelista L. B. Teat. vit. Human. Tom. 11.

meus, manifestè ostendit, artibus pacis magis, quam belli Venetam Kemp. conservari, & propagari. Egnar. 1. 1. c. 4.

Cum anno 1530. Sexto Calend. Martii, Carol. V. Caesar Bononiæ à Pont. Clemente coronaretur, & remosis mentis, accepto imperii gladio, plerisque nobilibus equestris dignitate decoraret: accidit, dum nudatum enssem Franciscus Feltrinus dux Urbinas porrigere veller, ut potum manubrio insertum excuteretur, atque eo cadente in pavimentum inclusa gemma ad circumstantium pedes profliret. Fuere qui id proignilo co accipere viderentur, quasi futurum esset, ut Cæsar adiens aliquando exercitum bene regere nequiret, capite scilicet eximia gravitatis indigentem. Alii autem felicitis interpretabantur, Cæsar ad Orientis regna, unde gemma proveniret gladium esse vibraturum, simulque futurum, ut duces, & milites ab ipsa victoria, quæ gladio pararetur, ingentibus illis Turcarum opibus potirentur. Jovius lib. 27. Hist. An potius clementiæ exercenda hoc fuit symbolum, ut gladium quidem stringere, ad excidente manubrio severtus illo uti non posset: Fuit certe princeps ille tam clemens victis, quam hostibus formidolosus.

RELIGIONIS, CONVERSIONIS AD PIETATEM.

Cum Monica Episcopum quandam rogasset, ut dignaretur, cum D. Augustino, Manichæorum hæresi infecto, conferre, & ad meliorem mentem convertere, quiescere illam iussit, donec se hæc fervor in eo deserbuisset: fore enim, ut sua ætatis maturitate accedente, ineptias illas relinqueret (nam filii quoque à matre Manichæa seducto, ejusque impietatis, acerrimo defensori, idem accidisse) precibus tantum ad Deum pro illo affiduis intercederet. Cæterum cum illa acquiescere nollet, sed instaret magis precando, & ubertim flendo: tum ille cum stomacho: Descedite à me, inquit, & sic vive: fieri enim non potest, ut filius istarum la chrymarum pereat: Qua voce illa, veluti cœlitus missa, summo opere recepta fuit. Teltisipsem lib. 3. Confessionum. c. 12.

Eadem in fornibus flens, in regula quadam filii stare vifa, & audire, supra eadem stare quoque filium: conseruque illum iusta stantem vifa. Ad eo tempore certam putavit filii salutem. Ibidem.

ZIEMOMYSTO Polonorum Principi unicus filius, & cæcus natus erat. Septimum. annum puer attingeret, quo prima coma pueris gentili ritu attond. etia, & nomen imponi solebat. Adierat ad celebritatem frequentis processus epulabantur, cum principe mortuo, & sortem suam deplorente, cum imperata omnibus affulset læticia. Puer absque ulla medicorum, ut cujusquam opem lucent aplicit. Nec mora, videntem exultans ad patrem in convivium adducit. Convivæ: intraculo attoni, effuso gaudio, principibus sibi, & Reip. tantum bonum divinitus oblatum certatim gratulantur. Pucro M'icicislo, quasi qui gladio gloriam sibi pariturus sit, nomen inditum, ut vult Dlugofus: is postea à matre, & peditequis blandius, ut fit, Mefco vocitatur est. Pater divinos, & ariolos, & filii fuce silius, & quid portenderet, quod id cæcus natus, tanto intervallo videre cepisset, sciscitatur. Respondent illi, Polonium ejus principatu illustratum iri. Puer ut principe dignum est, jussu patris educatur. Patre mortuo inauguratus, uxores septem barbarico more duxit: iisque & libidini suæ libenter indulgens, nullos suscipiebat liberos. Suasi deinde quorundam, religionis Christianæ veritatem, castitatemque prædicantium, posteritatem, & sciscitatem principis, si eam religionem amplecteretur, pollicentium, priores uxores di. H. mittit, Dambroucæque Christianam, Boleslaj primi Boemorum ducis filiam virginem, de consilio fententia, novo matrimonio sibi junxit, anno Christi 936. Cujus opo convertitis, basilicas novem diversis locis edificavit, & locupletavit. Croner. 2. c. 3.

VITIORUM QUORUMLIBET DIVINATIO. IGNAVIÆ.

Narrat Mneas, cum Æginescentes in Achaja debellarent Ætolos, ac decimum pentecontorum cepissent (ca est navis remigum quinquaginta) hanc Apollini Pythio victorie monumentum dedicarunt: rogaruntque deum, Quinam existeret Græcorum præstantissimi arbitantes futurum, ut ob eam victoriam ipsi prima laus ab Apolline tribueretur. Oraculum hunc ad modum respondit:

Ἰππον θεωροῦντες, καταδραμόντων τε γυναικας, Ἀνδρας δ' ὁ πικροῦν ὄδωρ καλῶς ἀρβόλων. Ἄλλ' ἔστι καὶ τὸν δ' εἶον ἀεικλοντες, ἐπεὶ μισοῦντο Τροάδος. Kkk 4 Τροάδος

Ti puidos videri et dicitur peritiam.
Αργείοι κινδύνηται, κίνδυνος
Τυμὸς δ' αἰτίας, ἢ ἡ τελευτὴ ὅτε πέσῃ.
Quid dicitur, ut in dicitur, ut in dicitur. id est.
Tofala qua prestat reliquis, mulierque Lucena.
Porro viri, potant qui pulchra fluente Aresthuse.
Hos quoque praterea Media gens incola vincit
Tirimbis. Arcadiasque bibentibus inclitus albis,
Argivifimali bellorum, armisque potentes
At vos, Egini, neque tertius accipit ordo,
Nec quartus, neque bisfenus, neque denique vestri
Ulla usquam ratio est, nusquam numerus, locusque.
 Erasmus in Adagiis.

Cum Longobardi, ægrotante Rege Luitprando, nepotem ejus Hildebrandum regem creassent, ac pro more contum in ejus manus dedissent: cuculus advolavit, ejusque cacumini insedit. Plerique interpretati sunt, fore ignavum regem: ac postea eo dejecto alium elegerunt. Paulus 1.6. c. 16. de Longobardis. Blondus. Dec. 1. 10.

VENCESLAUS Boemus, Rom. rex, Caroli IV. F. Norimbergæ natus, anno Redemptionis 1361. Sept. vicefimo octavo die, matrem Annam in partu interfecit, & baptisma primo ingressu inquinavit, omnino non dubio improbitatis. Non solum enim sacramentum baptismi, sed universam Christianam religionem conquinari homo otiosus, somno, venenique deditus, passus est. Cusp. A. D.

INTEMPERANTIÆ, LIBIDINIS.

Romæ in Capitolio ficus enata est, M. Messalæ, C. Cassii censorum lustro: à quo tempore pudicitiam apud Roman. subversam Pilo gravis auctor prodidit. Plin. 1. 17. c. 25.

ANDR. FUNDAN. Episc. castissimus sanctimonialiæ apud se alabat jam senex, ejusque amore moveri cœperat. Fortè accidit, ut Judæus quidam ex Campania Romam profectus, ad clivum Fundanum veniens, in Apollinis templo pernoctare cogeretur. Media nocte demones adfuerunt. Unus ex illis industriam suam in Andrea Episcopo ad luxuriam commovendo p̄c̄at, & à principe dæmonum ad rem perficiendam instigatur. Judæus manè rem Andree indicat, & ad Christum convertitur: Andreas verò à stupro jam concepto præservatur.

ZOZIMUS Pontif. maximus, diaboli supplantatione in fornicatione semel lapsus, iterum, & sapientissimus lapsus, nisi Antidii Turonenfis Episcopi opera se à scelere retraxisset. Antidius quippe, cum fortè, qua nocte id commissum est, multitudinem dæmonum conficeret inter se p̄c̄antium de illis hominibus, quos captiosa inductione in laqueos mortis impegerant, & unum præ cæteris gloriantem audiret, quod Zoziuum Papam annò à se septem sollicitatum, tandem cum virgine quadam coire fecisset, evestigio visa, auditaque ad ipsum Zoziuum detulit. Pontifex ergo poenitentiam egit: nullam porò cum feminis consuetudinem habens: declinans quantum poterat etiam conspectum earum. Marul. 1. 5. c. 5.

PIAMON, Abbas monasterii Scythiocii Angelum Domini vidit, monachorum nomina partim scribentem, partim scripta delentem. Visa ergo monachis explicans, eos peccato obnoxios comperit, quorum nomina subdaci vidit, ac tam diu, cum illis lugens oravit, donec iterum apparet Angelus, etiam illorum nomina conscriberet, quorum ante deleverat. Marul. 1. 2. c. 12. 19. 1. 4. c. 10. Sabl. 1. 5. c. 5.

CAR. Boemix rex (post Car. IV. Imp.) Delphini Allogrobium principis strepitum, ejusque vindictam in somnis cognovit. Vifus enim est sibi per quietem videre, viri divina specie præditi iustu, præstanti juvenem forma, editorem in locum D raptum, detractis veste exectum: sibi que interroganti, Cur & quisi tam egregia indole adolescens, tam foedè atrectare solitum meritis penas nummi dare. Et sanè eventus docuit, Allogrobem in oppugnatione oppidi vulnere accepto sub idem tempus decellisse. Emil. 1. 8. ex An. 370.

AVARITIÆ.

HILARION detestabatur præcipue monachos, qui infidelitate quadam in futurum reservarent sua, & diligentiam haberent, vel sumptuum, vel vestitus, aut alicujus carum rerum, quæ cum seculo transeunt. Denique unum de fratribus, in quinto sc̄e à se milliaro manentem, quia compediabat horuli sui nimis cautum, timidumque custodem, & paucillum habere nummorum, ab oculis abegerat: Qui volens, sibi reconciliari senem, frequenter veniebat ad fratres, & maxime ad Helychium, quo ille vehementissime de-

lectabatur. Quadam igitur die ciceris fascem virentis, sicut in herbis erat, detulit. Quem cum Helychius posuisset in mensa ad vesperum, exclamavit senex, se potorem ejus ferre non posse: simulque unde esset, rogavit. Respondente autem Helychio, quod frater quidam primitias agelli sui fratribus detulisset. Non senex, inquit, potorem deterritum, & in cicere foetere avaritiam? Mitte bobus, mitte brutis animalibus, & vide an comedant. Quod cum ille in præsepe posuisset, exterriti boves, & plus solito mugientes, ruptis vinculis in diversa fugerunt. Hieron. in vita ejus.

Idem, cum exiturus esset ad visenda monasteria (id quod singulis annis facere consueverat) & digere in schedula apud quos manere, quos in transitu visitare deberet: scientes monachi quendam de fratribus parciozem, simulque cupientem vitio ejus mederi, rogabant, ut apud eum maneret. Et ille: Quid, inquit, vultis & vobis injuriam, & fratri vexationem facere? Quod postquam frater ille parcos audivit, licet amittentibus eundem, vix impetravit, ut post quoque monasterium in mansionum ordinem poneret. Fuit diem ergo decimum venerat ad eum, custodiibus jam in vinea, qua veniret illi, dispositis, qui cum lapidibus, & glebarum jactu, fundæque vertigine accedentes deterrerent, sine usu vix manè omnes profecti sunt, ridente senex, & dissimulante scire, quod egerat. Porro suscepti ab alio monacho, cui Sabas nomen est, quia dominicus erat dies, invitabantur ab eo univèrsi in vineam, ut ante horam cibi uvarum pastu laborem suum fulberent. Et sanctus: Maledictus, ait, qui prius refectionem corporis quam animæ quæserit. Oremus, p̄ illam, reddamus Domino officium, & sic ad vineam properabitis. Completo itaque ministerio, in sublimi stans benedixit vineæ, & suas ad pascendum dimisit oves. Erant autem, qui vecebantur, non minus tribus millibus. Cùmque centum lagenis zimitata fuisset integra adhuc vinea, post dies viginti trecentas fecit. Porro ille parcos frater multò minus solito colligens etiam id, quod habuerat versum in acetum fore doluit. Hoc multus fratribus senex ante futurum prædixit. Hieron.

SIMONIÆ.

Relatio Augustini est, quòd ignis sacrificii, qui per 70. annos Babylonicæ captivitatis sub aquis vixerat, extinctus est, Antiochio rege vendente Jafoni sacerdotium.

ADELBERT. comitis Libicenis Boemi filius, secundus Pragensem Episc. à Boleslao II. Boemorum Principe vel invitatus factus, cum Boemos ob impietatem, & crebra divortia, iteraque conjugia, tum verò ob morem servos Christianos emendandi, vendendique severè reprehenderet, Ethnicis armis sumptis, vendendique p̄c̄o Christianis superati fuisset. Adelbert. contumaciam gentis majori auctoritate reprimendam ratus, Strachyquam Boleslavi fratrem, què Ratiponensi cenobio Pragæ obiter venerat, ad Episcopatum accipiendum multis verbis, sed frustra, invitavit, cum is Capitulum se suum pluris facere diceret, quam insulam ejus. Ad hæc ingemiscens, divanisque Adelbertus: Magno, inquit, cum dolore hoc tibi dico, frater, Honorem hunc ultra à me delatum, quem nunc valde respisus, paulò post non sine maximo malo requires. Adelbertus inde Romam profectus, Pontifex auctor fuit, ut Boemos dicitur persequeretur. Eo absente, Strachyquam Episcopatus desiderium invavit. Boleslaus, ne honori fratris invidere videretur datis literis ad Othonem Cæsarem, & ad Præfulum Moguntinum, inaugurari illum postulavit. Quòd munus dum Præful Moguntinus obit, illeque se ante eam de more profemit, à dæmone correptus Strachyquas & suffocatus est. Boleslaus, & Moguntin. exterriti, legatos Romam ad Adelbertum ablegant, qui ei reditum in patriam celerem, ad recuperandum Pontificatum persuaderent. Cessit tandem auctoritati Pontificis Romani Adelbertus, descendensque Roma cum Gaudenzio, quem loco fratris habuit, in Pannoniam venit, à præfectis adhuc, quos Capitaneos vocabant, gubernatam: quorum præcipuus nomine Stephanus erat. Hinc in religione Christi erudit, & facto lavacro tinxit, eademque à PP. Romano coronam impetravit. Dnubav. lib. 6.

SUPERBIÆ.

HERACLIVS Græcorum Imp. receperat crucem à Cosroe Persarum rege, perpetuæ pacis pignus, in qua redemptor humani generis Christus penderat, camque Hierosolymis magnifica pompa inferre parabat. Ergo habitu imperatoris crucem bajulans ad urbis portam pervenit, sed in vestigio consistens, pedem nusquam movere potuit. Proin admonitus à Pa-

à Patriarcha, ut vili habitu, nudisque pedibus gestati à se crucem à memineret ejus servatoris, qui nudus pro nostra omnium salute crucifixus esset: statim nudis pedibus crucem ipsa in veteri sua statione reposuit. Hujus facti memoria solemniter quarta decima Septembris celebratur. Egnat. lib. 1. c. 6. & Bonif. 1. 8. Decad. 1.

CRUELITATIS, TYRANNIDIS.

OCHUS ARTAXERXES regno inito, mensæ affidens, utraque manu protensa, dextra unum ex adjacentibus cultris arripuit, altera maximum panem accepit, quem caribus impostum scidit, & alacriter comedit. Hinc Magi vaticinati sunt, frugum, atque annonæ copiam, illo regnante, & cædium frequentiam. Elian. 1. 2. de Var. hist. & Didor. 1. 17. Biblioth.

PHALARIDIS Mater Mercurium (cujus simulacrum pateram manu tenens, inter deorum effigies domi sue colebat) in somnis vidit ex ea patera sanguinem humi spargere, pavimentoque illum rebullire, donec sensum domum omnem fastigio verum inunanderet. Quod in una visum, in multis domibus verum fecit crudelia nati levitia. Hujus visum auctor est Ponticus Heraclides, doctus vir, ut ait Tullius, & discipulus Platonis. Tetrarcho.

HIMEREA quædam anus, fertur sibi visa esse in cælum ducitumque in Jovis penetralia pervenisset, conspexisse vinum rustum, catena ferrea vinculum sui regis solio: ac quis esset percontatum audisse, Alastorem esse Siciliæ. Aliquo annis post, conspicata Dionysium tyrannide potitum, & somnium suum multis retulit, & hunc esse, quem vidisset, narravit. Eam Dionysius iterum interfecit. Hinc proverbium, Sacrificula in somnium. Suidas.

ANNEUS SENeca senator Romanus à Claudio principe ad magistristerium Neronis adhuc pueri, & qui bonæ indolis spem dabat, assumpsit: nocte proxima somniasse dicitur, C. Caligulam se discipulum habere. Nempe post primùm quinquennium imperii sanctè administrati, tam Caligulæ similis evasit Nero, ut non alter, sed ille idem quodammodo reversus ab inferis videretur. Suetonius, & Dion.

Mater Attilæ Hunnorum regis, pridie ejus diei, quo filium genuit, se in somnis puerum scitum edidisse visa est, cui statim demissus cælo Mars enses accingeret, & flagellum divinæ iracundiæ daret. Boethius lib. 3. Dec. 1.

ANNO 1300. 14. Cal. Martii, in Italia crux in Luna apparuit: posteraque die tres soles conspecti fuisse in medio turis orbium, qui iridis speciem præbebant: horum tertius imperfectus, altero cornu occidentem, aquilonem altero spectabat. Hugutio Fagiolanus, Pisanarum copiarum ductor, Majo proximo, Pisarum, Lucæque imperium invasit. Sab. lib. 1. cap. 4. & Egnat. lib. 1. cap. 5.

IMPIETATIS.

JULIANUS Mediolani à Constantio Imper. Cæsar dictus, Viennam progressus, magno ab omnibus honore exceptus, urbem inivit. Tunc anus quædam capta luminibus, cum percontando, quinam esset ingressus, Julianum Cæsarem comperisset, exclamavit, Hunc Deorum templa reparaturum. Quòd verum vaticinium fuisse, post eventus proba vir: siquidem is, sacris Christianis relictis, post se ad Deorum gentilium cultum recepit. Sigonius lib. 6. Imp. occid.

PRÆTEXTATA, matrona Romana, iussu mariti Hymetii, qui patrus Eustochii pignus fuit, capillos ejus mundano more pexuit, vincere cupiens & virginis propositum, & matris Paulæ desiderium. Nocturno cernit in somnis venisse ad se angelum terribili voce minitantem: Tunc ausa es viri imperium prætere Christo? tu caput virginis Dei tuis sacilegis atrectare manibus? quæ jam nunc arefcunt, ut sentias excruciatu, quid feceris: & finito mense arefcit, ad inferna duceris. Sin autem perseveraveris in scelere, & marito simul orbaberis, & filiis, omnia per ordinem expleta sunt, & seram miseræ poenitentiam velox signavit interitus. Hieronymus ad Letam, de Institutione filie.

Anno 302. terribilis terræmotus, quo Sidon, & Tyrus urbes nobilitatis eximia, & toto terrarum orbe clarissima, penè à fundamentis everfæ sunt, haudquaquam ambiguum ingentis iræ Dei fuit indicium ob prava concepta consilia, quæ Diocletianus, & Maximianus Augusti Romæ in Christianorum perniciem composuerant, ac sequenti anno exequuti sunt. Si quidem eo demum anno lavam decimæ persecutionis Christianæ eladem inflicerunt: quæ tanquam rapida quadam procella, superiorem omnem terrarum tranquillitatem, ac parti-

otii voluptatem excussit profusus, ac dispulit. Sigonius lib. 1. Imp. occid.

CONSTANTINUS V. Imperator dum è facto puer fontè lavaretur, sacris lymphis ventris solutione commaculatus, impunitatis suæ omen dedit: cujus rei gratia cognomen Copronymeri meruit, & Germanus vaticinatus est, cum Ecclesiæ deformaturum. Volat. lib. 23. Sigebertus in Chronico. Landolphus Zonaras Diaconus lib. 21.

MANUELIS COMNENI Imperatoris heresim, qua regnum adeptus, contendebat Holophysium illum Mahometi, verum esse Deum, qui nec genitus esset, nec genuisset, Nicetas Choniarum Episcopus longè antè prædixit. Nicetas libro 7. de rebus Manuelis.

Quidam sanctus monachus, Phoca imperante, Deum ad disceptationem provocans, quævis, cut tam impium Christianis imposuisset Imperatorem? audivitque vocem, eum quidem neminem videret, sibi dicentem: Deterrito animo inveniri potuisset nullum: ac hoc mersisse Constantinopolitanorum flagitia, Cædrenus.

LEONIS Armeniæ capiti Nicephorus Patriarcha coronam auream imponens, manum suam spinis compungi sensit. Quòd omen ad impios Imper. mores pertinuisse, eventus declaravit. Zonaras.

Dux Saxonie Bernardus vidit in somnis ex penetrabilibus suis egressos in Ecclesiam urfos, aprofque, deinde cervos, ad ultimum lepores. Ursi, inquit, & apriferant parentes nostros, fortitudine velut dentibus armati: cervi sumus ego, & frater meus, solis decori cornibus: lepores autem sunt filii nostri, Ordulfus, & Hermannus imbelles, & timidi. Quapropter sub obsecratione divini timoris monuit eos, ne quid impium cogitarent ad versus Ecclesiam Bremenfem: fed frustra. Postquam enim Adelbertus Hamburgensis, & Bremenfis Archiepiscopus ab imperi principibus ex Imp. curia ejectus est, Magnus, nepos Bernardi ex Ordulfo filio, collecta multitudine latronum, Archiepiscopus eò redegit, ut vix tertia pars amplissimi Episcopatus ei remaneret. Cranzius lib. 4. Metrop. cap. 42.

PERFIDIÆ IN PATRIAM.

CORNELIA Græchorum concreto genitali nata dicitur, non obscuro omine, quod patris præstaret tam nunquam patre. Peperit enim Tiberium, & Cæsum Græchos, seditionum G auctores. Plin. lib. 7. cap. 16.

HANNO Pœnus, primus leonem manu tractare ausus, & ostendere mansuetudinem, capitis damnatus est à Carthaginiensibus, quasi omen id esset tyrannidis. Similiter M. Antonius post Pharsalicam victoriam cum mimæ Cytheride, curru triumphali Romam ingressus, quem leones domiti traherant, non sine quodam ostento temporum generosus spiritus illum illius subituros significante. Plin. 1. 8. c. 16.

ANDREAS DANDULUS, dux Venetorum, principatu suo primò annonæ caritate laboravit ingenti. Hanc lucem secuta est, ut vix tertia civium pars superfuisset. Terræmotu pleraque faceræ turres vastate. Quæ omnia haud dubiè Marini Falerii principatum portendisse credunt, qui patriæ libertatem opprimendam susceperat, ut ipse unus tyrannide eam sibi vindicaret. Egnat. lib. 1. cap. 5.

PARRICIDIUM.

DAMASCIVS SYRUS, Simplicius ex Sicilia, & alii docti viri H convenerant, ut in Persiam ad videndum Cosroem regem unà abirent. In reditu invenerunt in agro cadaver inhumatum. Inhumanitatem Persarum detestati, illud sepelivnt: Nocturnus unus ex eo comitatu, obversari sibi vidit spectum hominis senis, & venerandi, dicentis: Noli inhumatum corpus humare, per mitte canibus lacerandum. Terra universorum mater, matris corruptorem hominem non suscipit. Ille expergefactus, aliis somnium exposuit. Itaque manè regressi in illum agrum, viderunt corpus nudum in campis superficie jacere. Agathius lib. 22.

HADINGO Danorum regi defunctæ conjugis species per quietem sic cecinit:

Bellua nata tibi est, rabiem domitura ferarum; Quæque truci rapidos atteret ore lupos.

At post pauca subiunxit: Fac caveas, ex te nocuus tibi prodit ales, Felle ferax bubo, voce canorus olor. Consulti aruspices, lupi nomine futuræ ferocitatis filium, oloris vocabulo filiam denotari dixere, illum hostibus perniciosum, hanc patri insidiosam fore præfagientes: Eventus augurio